xliij.vbi intelligitur modò id fiat sine fraude, & nec dum emptor fuerit in ius vocatus. Et id iuris esse multis contendit Carol.Rui.consi.lxxvj.circa casum, per totum lib.j. vbi id longè latè q; disputat, vt quisq; videre poterit, qui voler. Tu autem hîc vide quæ dicam infrà in gl. seq.nu.6.& quia nostra, & multis seq. vbi abundè tracto, vtrùm si qui primo loco vẽdiderit suo consanguineo remotiori, possit consanguineus proximior retrahere.

S'IL EST PLVS PROCHE, SI SIT PROXIMIOR, GLO. VI.

1 IT hoc quidem probabile, ne alterius scilicet remotioris festinatione, huius proximioris ius lædatur.l.cùm solus,ff.de acq.hære.Et quia cùm aliquid multis defertur non integrè, nec in solidum, is qui primo gradu est, semper admittitur intra tempora legis vel statuti, quantuncunq; præuentus ab vlterioribus.l.maritus,§.vl.ff.de adul.& diximus sup.in gl.iiij.huius §.num.3. tamen in ea sum. Super hoc autem variè constitutum est à consuetudinibus Galliæ, vt videre licet apud Parisienses,c.clxviij.Meldenses,c.xc.& c.xcviij.& seq.Meldunenses,c.xxiiij.Turonenses tit.*de retraict*,c.v.& viij. Cenomanenses,c.ccclxxx. & seq.& iterum, c.ccccvj. Andegauenses,c.ccclxx.& seq.& iterum, cccxcv.Carnutenses,c.lxix.Aurelianenses, c.cclxxvj.Blesenses,c.cxcix.& duobus seq. Aruernienses tit.*de retraict*, c.xvj.atq, etiam duobus seq.Borbonienses,c.ccccxxxix.& ccccxlj.Belquercenses,c.x.Artesienses,c.lxxxvj.Burdigalenses,c.ix.vbi eadem propè,& iisdem verbis est consuetudo, cuiusmodi hæc nostra est.Engolismẽses,c.lxj.Sanctonenses Angeriacos,c.xlvij.& lj.Britonienses, hoc eo.tit.§.iij. Altimarchienses,c.cclxvij.Marchienses,ca.cclxxiiij.qui est xiiij.eiusdem tit.Lortienses in præfectura Mõtargij,hoc ti.c.iij.Niuernẽses,hoc quoq; ti.c.xvij.Laudunenses aliosque Veromandenses,iij. partis tit.viij.§.ij. qui est lxxvj.illius iij.partis,& §.seq.Comitatum Burgundiæ tit.*reachapt*, §.iij.Senlites,siue Syluanectenses,hoc tit.§.iiij.Normanenses,titu.cxvj. qui est, *de querelle de fief vendu*,§.*chacun*,& seq.Lodunenses hoc tit.§.v.vj. vij.

Si & remotior retraxerit, an ab eo possit retrahere proximior.

Consuetudines variæ de ea re.

2 ¶ Porrò hæc nostra consuetudo vltra præcedentia nõ mediocriter iuuatur arg.l.peto,§.vl.ff. de leg.ij.vbi si testator fratre hærede instituto,petiit,ne domus alienaretur,sed in familia relinqueretur : si hæres alienauerit,omnes qui in familia fuerunt,fideicommissum petent,sed ita,vt proximus quisq; primo loco inuitatus videatur, cuius textus autoritate Oldra.consil. clxxviij.factum tale est,quidam nobilis,ita intelligit tex.in c.j.ad fi.ti.de natura succes.feud. qui in fi.dicit,omnes lineas æqualiter vocari,vt scilicet proximus quisq; primo loco censeatur esse vocatus. Quod autem is tex.dicit, æqualiter, non significare æqualitatẽ vocationis, sed distributionis inter vocatos,vt scilicet in capita veniãt,non in stirpes,ar.l.libertus,§.preterito,in fi.ff.de bo.libe. Et ita quoq; illum text.intelligunt Iac.Bel.And.Iser.Aluaro.Marti. Laud.& Card.Alex.in d.c.j.Ant.consi.xlvij.prætermittendum est quòd quanquàm,in fi.& Ias.consi.clxxxij.in præsenti consultatione. col.iij.vers.ista conclusio,& multis seq.& iterum col.pen.versi.non obstat,quod dicit,li.ij.& nescio quis Goneus(huius enim hoc nomen est) inter consi.Alber.Brun.consi.lxxij.tota,post medium,& Io. Ligna.& alij pleriq; inter consi. eiusdem,consil.lxxvj.thema seu casus,col.vlt.vbi etiam dicitur Bar.Sal.& Fran.Rampo.ita consuluisse. Tu tamen vide Signo.consil.xij.in casu per vos,ante fi.& consi.xciij.factum sic se habet,quidam nomine,& quæ etiam diximus suprà eo.§.in glo.iiij.nu.2.& quia etiam.

De cadẽte.

Æqualitas in successione feudi quomodo intelligatur

3 ¶ Sed dubium est, an proximior qui retrahit à remotiori, qui ante retraxerat à primo emptore,teneatur soluere expensas, quas ipse remotior fecit ad retrahendum. Chasse,in commentariis Burgundiæ hoc eod.tit.§.iij. versi. sed quæro an iste,dicit quòd non,nisi remotior prius interpellasset proximiorem, vt retraheret : nam cùm proximior non possit per suum retractum deteriorem facere conditionem proximioris, quin ipse possit totum eodem pretio retrahere, nec in parte quidem illi potest præiudicare, augendo pretium impensarum : maximè cùm cogitare debuit,id euenire posse,vt proximior retraheret, l.si domum,§.idem quærit,ff.loca.& l.quibus diebus,§. j. ff.de conditio. & demonstra.

Sed an proximior, qui retrahit à remotiore, qui antè retraxerat, teneatur soluere impensas prioris retractus.

4 ¶ Cui addere potes, quod plenè not.Bart. in l. inter stipulãtẽ, §.sacrã,& ibi Recẽtiores post eũ,ff.de ver.ob.cõsideranda esse atq; attendenda,quę verisimiliter & facilè euenire possunt, cuius rei bonus est tex.quẽ ipse Bar.allegat in l.bona fide,§.cùm inter,vbi & id not.Bal.ff.de dam.infect.cũ aliis multis si.à me adductis suprà eod. tit.§.j.in verbo, *le pris que la chose aura coustẽ*,quæ est gl.xviij.in vij.quæst.num. 41.huic ita.Et nuncupatim in casu statuti,præferẽtis consortem in venditione rei communis tradit Flor.inter consi. Pet. Anch.consi. clxxj.quod dicta domina,attendendum esse,ac cogitandum ab emptore id quod suprà ex Chasse.diximus,scilicet consortem rem ipsi emptori venditam, posse ad se reuocare, imputandumque sibi

De cadẽte.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

sibi esse, si id non cogitauit. Verùm in hoc casu tu amplius cogitato: neq; enim id sine dubio est: sed nunc, non abs re, aliter non decido.

Quæst. retractus.

5 ¶ Quid autem, si cũ post venditionẽ consanguineus quispiam remotior venditoris adit, conuenitq; testatò alium consanguineũ proximiorem, eique denuntiat velle se rẽ venditã retrahere, si ipse proximior nolit: si autẽ velit, negat se retracturũ: quãdoquidẽ id frustra faceret, cũ ipse proximior nihilò minùs posset iterũ ad se retrahere: proximior autẽ respõdet remotiori, se omnino non retracturũ, vtrùm posteà audietur, volẽs ad se retrahere ex proximiore, qui iã retraxerat, dicã posteà in fi. huius tit. q. viij. sed hic eius loci admonere Lectores volui.

Quid, si res ab initio vendita fuit consanguineo venditoris, an cæteri propinquiores poterunt ab eo retrahere.

6 ¶ Et quia nostra consuetudo hîc loquitur, cùm res initio vendita fuit extraneo, à quo consanguineus remotior retraxit, vt liceat nihilo secius propinquiori ab eodẽ retrahere, tametsi res iam in suã familiã rediisset: quæro, an & id procederet, si ab initio res vendita fuerit consanguineo remotiori vt scilicet posit propinquior ab eo retrahere. Quod videtur ex hac nostra cõsuetudine, cũ eadẽ videatur esse ratio. Quid enim interest, vtrùm res ab initio fuerit vendita cõsanguineo remotiori, an extraneo, à quo remotior retraxit? Cui etiã rei arg. præbet, q̃ cauetur infrà, §. xxvj. ius retractus non posse transferri alteri, qui non sit ex ea consanguinitate, quasi cuilibet consanguineo cedi posit. Sed ibi non dicitur, an ea cessio, quæ fieret remotiori præiudicet proximiori: de quo nos illic tractabimus. Verùm quantum ad hanc nostram consuetudinẽ pertinet, constabit ex iis, quæ statim dicemus, non idem esse, cùm quid ab initio venditur extraneo, à quo consanguineus retraxit: & cùm etiam ab initio venditur consanguineo. Nam cùm primùm res venditur extraneo, ius apertum est omnibus consanguineis retrahendi, ita tamẽ vt proximus quisq; præferatur, vt diximus suprà in eo. §. in verbo, *doit receuoir le premier*, quæ est gl. iiij. Cùm autem primùm venditur consanguineo, etiã remotioris gradus, non videtur esse locus retractui, cessante eius ratione, quæ est, ne res exeat è familia: neq; enim hic exiit, cùm consanguineo vendita sit. Qua ratione hanc opin. sequutus est Geral. Bag. in sua disputatione retractus, versic. quæro consequenter res est vendita alicui de genere, & Arnol. Ferronus in consuet. Burdi. hoc eod. tit. §. v. licet conetur etiã probare magna ratione contrarium statutum fuisse in eodem §. v.

Alienatione prohibita extra familiam, an sufficiat vni è familia etiam remotiori relinquere.

7 ¶ Et hanc opin. præter illam rationis cessationem, adiuuant & alia multa. Primùm text. in l. peto, §. fratre, qui est vlti. ff de leg. ij. in illis verbis, in familia relinqueretur, iũctis illis verbis, extero hærede instituto, & iterum in illis verbis, familiæ domini restituturum, iunctis etiã illis verbis, sed si domus ad exterum quandoq; peruenerit. Ex quibus verbis colligitur à contrario sensu, quòd cùm res ex præcepto testatoris debet manere in familia, satis est vt relinquatur vni è familia. Sed de hoc est apertior tex. in d. l. vnum ex familia, in prin. & iterum in §. j. iuncta glo. eo. tit. vbi si testator iusserit hæredem fundum restituere vni ex familia, potest hæres vnum quẽlibet, etiã posterioris gradus eligere: nec alij proximiores ex hoc conqueri possunt. Et tamen si non eligat, admittuntur ad fideicõmissum omnes, qui sunt de familia, sed ita vt proximiores cæteris preferantur, vt dicit gl. ibi, in verbo, necessariẽ, per multa iura, quæ allegat, & sequuntur Raph. Co. & Paul. Cast. in d. l. peto, §. fratre. & Soci. consi. ccxxvij. præsens consultatio, col. ix. versi. ex quibus inferendo, lib. ij. & Carol. Rui. consil. cj. super his col. vj. nu. 14. & sequ. lib. ij. Ex quib. apertè intelligis, satis esse alienationem fieri in aliquem de familia, etiam vlterioris gradus, vt cesset fideicommissem: licet si aduenisset casus fideicommissi, ille tanquam remotior non fuisset admissus. Quod & solerter expendit Soci. vbi suprà. quod multũ facit ad id, quod diximus in præcedenti versi. vt scilicet hæc cõsuetudo, quæ facit ius proximiori retrahẽdi à remotiori, qui retraxit ab extraneo emptore, habeat locũ in suo casu: nec simile sit, cùm res ab initio vendita est consanguineo etiam remotissimo.

De eadẽ re.

8 ¶ Sed & quod iussus in familia relinquere, posit vnum aliquem vel remotiorem è familia deligere, tenet vltra suprà dictos Raph. Co. consi. cxiij. statutum, col. ij. Pau. Cast. consi. xxxij. proprietarius, in fi. lib. j. Alciat. in l. pronuntiatio, in verbo agnatorum. ad fi. ff. de verb. signi. Ferdi. Loaz in rep. l. filius familias, §. Diui, char. 5. num. 105. ff. de leg. j. vbi etiam nuncupatim facit differentiam illam inter alienationem primo loco factam extraneo, & eam quæ fit alicui è familia, vt scilicet priore casu proximior præferatur remotiori in reuocatione rei alienatæ, in secundo autem non posit proximior reuocare à remotiore. Et hec quidem obtinere debent in interpretatione statuti, quoniam iudicium statuti & testatoris à pari procedit, secundùm glo. Bart. & alios in l. j. C. de his quibus vt indig. cum aliis multis simi. à me adductis infrà, in fi. huius tit. in iij. quæst.

De eadẽ re.

9 ¶ Sed ita tamẽ, vt scias, alios esse tex. in hãc sentẽtiã, videlicet in d. l. filius familias, §. cũ pater, ff. de lega. j. vbi dicitur, Verũ est enim in familia reliquisse, licẽt vni reliquisset. Et in l. pater.

§. quin

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

§. quindecim.ff.de leg.iij.vbi si multis liberis testator fundum legauerit,iusserit que, ne quis corũ partẽ suam alienaret,poterit tamen vnus eorum,in alterum eorũ alienare,quamuis nõ in extraneum.Et in l.voluntas,C.de fideic.vbi Bald.col.ij.versic. quæritur de duobus,dicit, quòd vnus ex feudatariis potest vendere suam partem feudi paterni ex feudatariis sine consensu domini.Et iterum in versi. pone concessum est,scribit quòd agnatus potest in alterum agnatum feudum alienare. Quod & voluit idem Bald.consi. ccxvj.fuit quidã nobilissimus, in fi.lib.ij.& consi.ccc.hoc initio,rex.in c.j.in prin.lib.ij.vbi rationem reddit, quia non videtur alienatũ quod est in agnatorum corpore vel linea conseruatũ,per d.l. voluntas,& l.j. C. de impo.lucra.descript.lib.x.De quo latè suprà diximus in præf.huius tit.nu.52.itẽ feudum.

Feudũ an in agnatũ alienari possit.

10 ¶ Quòd si quispiam dicat,hos non declarare,vtrùm hæc alienatio facta in agnatos remotos, valeat in præiudicium proximiorum, vt ad se eam reuocare non possint,sciat, collegiũ Mediolanense,& præterea Sal.& Cristo.Castel.respondisse,vt retulerunt Mart.Laud.& Card. Alex.in c. Titius,col. vterq; pen.versic.circa vltimum dubium, tit. si de feud.fuerit contro. inter do.& vasal.feudum antiquum alienari posse in agnatos remotiores, sine permissu domini, idq; in præiudicium proximiorum agnatorum,per text. in c.j.tit.de ali.feud. pater.& in c.j.§.sed & res,ibi,tibi vel proximiori,& iterũ ibi, à te vel ab alio proximiori, tit. per quos fi.inue.& in c. j. §.& si clientulus,ibi,fratri vel nepoti,tit. de alie. feud.& in l.fœminæ,C.de secun.nupt. vbi mulier prohibita alienare lucrum, quod ex matrimonio percepit, id potest assignare vni ex liberis.Et quia etiam,vt dicunt,cessat ratio,prohibens, ne feudum vadat ad extraneos, quæ ratio ad nostrum casum, vt suprà diximus, multum pertinet. Et facit, quod simpliciter dicit Card. Alex.in c.j.§. præterea Ducatus, tit. de prohib. feud. alie. per Fede. quòd vasallus etiam sine consensu domini potest vni ex agnatis feudum antiquum relinquere,per d.l.peto,§. fratre.ff.de leg. ij.

An autem in remotiorem, in præiudicium proximiorum,vide nu.14.

11 ¶ Et hanc quoq; partem confirmat tex.in l.is qui complures,ff.de lega.iij.& in l.j.C.ne licet habi.lib.xj.& quod scribit Bal.consil.ccccxcviij.factum super quo,in fi.lib.j.prohibitionem alienationis non comprehendere filios inter se. Apparet enim testatorem sensisse,ne in extraneos alienarent,non in seipsos. Quod idem penè voluit idem Bald.consi.xxxvij.decreto, col.ij.versi.item non dicitur,lib.iij.& cons.ccclxxvij.quidam Alexander,ad fi.eod.lib.iij.Et quod ab eodem Bal.scriptum est in l.j.col.j.C.de com.seru. manu.quòd in casu statuti Florentini, prohibentis domum alienari extra consortes, poterit alienatio, fieri in consortem minimæ partis,nec cæteri qui habent maiorem partem,conqueri possunt,quod dicit menti tenendum,tanquam scilicet sit satis,quantacunq; parte esse consortem,vt excludãtur cęteri. & sequitur Pantal.Calde.in repe.l.ij.col. xiij.in fi.xj.extensionis,C.de rescind.vendi.& Carol.Rui.consi.xxvij.stante pacto facto,col.ij.nu.5.& iterũ col.vj.nu.12. lib.iiij. Et facit etiã, quod tradit Iason consil.ccxxxvj.an Rex Romanorum,col.penul. versi.item si aliquis,lib.ij.

Prohibitio alienationis non cõprehendit filios inter se.

12 ¶ At dicet aliquis aduersus hæc,tex.habemus in l.cùm hi,§.sed si pluribus,ff.de trãsact. quo cautum est, alimentarios inter se non posse transigere super alimentis futuris, sicuti nec cũ extraneis. Cuius rei argumento Bal.ibi voluit, quòd si testator rem quampiã pluribus legauerit,prohibueritq; eam rem alienari,nec inter se quoq; alienare poterunt.Sed nec(inquit) emphyteutæ eiusdem rei poterit vnus alteri inscio domino vendere. Sed id certè fit,vt dicit Bald.eodem in loco,in huiuscemodi casibus,quoniam prohibitio alienationis est in rem.In aliis autem casibus,de quibus suprà diximus, in personã est, ne scilicèt fiat alienatio in personas extraneas,& qui non sunt de familia,sicuti & in nostro casu retractus. Sed & dici potest, in casu d. §. sed si pluribus, illud statui, quia eadem est ratio prohibitionis inter sese,& inter extraneos,nempe ne alimentarij fame pereant:neq; enim minus peribit,qui cum consorte transigit,quàm qui cum extraneo. Hic autem longè diuersa est ratio, vt dictum est.

Emphyteutæ an inter se possunt alienare.

13 ¶ Deniq; sunt apud nostros Gallos multæ in hac sententiã cõsuetudines, quæ scilicèt ius nõ faciunt retrahẽdi rem venditã cõsanguineo remotiori,videlicet apud Parisiẽses, cap.clxxij. & clxxiiij.& expressius apud Meldenses,c.xcj.Meldunenses,c.xxij.& xxvij. Victriacenses,c. 26.Carnutenses subobscurè,c.clxxv.& c.seq.Aurelianẽses,c.cclxxvj.Aruernienses,ti.*de retraictz*,c.xxj.Bolboniẽses,c.cccccxxij.& expressius,c.ccccxxxix.Dunenses,c.lxxix.& Bituricẽses.tit.*de retraictz*,c.iij.Senonẽses,c.xlj.Altimarchiẽses,c.cclxiiij.Nisi(vt ibi dicitur)volẽs retrahere esset socius in re vendita,Niuernenses,hoc tit. c. xvj.vbi nuncupatim id dicit procedere,si venditio facta sit à principio vni consanguineo,etiã remotiori,nonitem si extraneo. Valesienses,tit.j.§.xv.cõtrario sensu & iterum hoc tit. §.j.qui est omnium lxxxij. etiam à cõtrario sensu.Laudunenses,cæterosq; Veromandenses partis iij. tit.viij.§. primò.qui est lxxv. illius iij.partis,à contrario quoq, sensu.& apertissimè §. xvij. eiusdem tituli,qui est omnium eius partis xcj. Senlites, siue malis Syluanectenses, hoc titulo §. primo. Vt non leui

Consuetudines de prin. quest.

ratione

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ratione id factũ constitutũque fuisse à tot populis videri debeat, argu.c.prudentiã, in princ. extrà de offi.dele.vbi scribitur, integrũ esse iudiciũ, quod plurimorũ sententiis confirmatur. & ibi gl.cõcord.adducit. Quin sunt præter has, quæ etiã cùm cõsanguineus remotioris gradus semel retraxerit ab emptore extraneo, negant proximiorem admittendũ, videlicet Senonenses d.cap.xlj. Trecenses autẽ, ca.cxlv.& seq.distinguunt, vtrũ res ab initio fuerit vendita extraneo, an consanguineo: primo enim casu posse proximiorem retrahere à remotiori, qui retraxit ab extraneo: secundo non posse. Et similiter Caluimontenses in Basigniaco, ca. cxiij.& seq. Et huc deniq; spectat, quod scribit Io. Fab. in §.j. in princ. Institu. de emptio. & venditio. consuetudinem Franciæ eam esse, vt cùm quid vẽditur extraneo, possit proximus venditoris retrahere, tanquã ea consuetudo non habeat locum, nisi cùm venditur extraneo.

Alia consuetudines.

14 ¶ Verùm hæc res non adeò clara est, quàm videri posset ex præcedentibus rationibus. Nam primùm contra id quod suprà diximus, si vasallus alienauerit feudum paternum in agnatũ remotiorem, perinde poterunt proximiores ab eo reuocare, nisi ipsi consenserint, atq; si in prorsus extraneum alienatum fuerit, vt est tex. omnium optimus in d. c. Titius. & ibi Doct. præsertim Mart. Laud. & Cardi. Alex. tit. si de feud. fuerit contro. inter do. & agna. & voluit quoq; And. Iser. & Cardi. Alex. in d.c.j. per illum tex. de alie. feud. pater. & idem And. in c. j. tit. de succes. feud. Iaco. Bel. in c.j. ad prin. & ibi quoq; Bal. col. ij. versi. quæro an inter, tit. de prohib. feud. ali. per Fede. & collegium Bononiense, vt etiã retulerunt Mart. Laud. & Car. Alex. in d.c. Titius, dicitq; ipse Mar. ita iudicatum fuisse in causa nobilium de Scarampis, in qua fuerunt producta dicta consil. contraria collegij Mediolanensis, & Bononiensis. Et respondet vterq; ad ea, quæ in eodem consi. collegij Mediolanensis fuerunt adducta, vt ibi videre poteris, ne hic repetam. Et Bal. in c.j. col. vl. tit. de vasal. qui cont. consti. Lothar. & latè in c.j. col. iij. versi. pro vberiori, & seq. vsq; ad fi. propè. & ibi quoq; Aluar. tit. de ali. feu. & ipse Bal. consi. xvj. facti euidentia, col. j. lib. j. & consi. clxx. ad euidentiã, col. j. lib. ij. & consi. cclxv. super eo quod excipitur, col. ij. versi. secundò probatur, lib. v. Io. Ligna. in cle. vlt. & ibi quoq; Imo. in fin. de iu. patr. idem Ligna. inter consi. Albe. Bruni, consi. lxxvij. casus talis est, nobilis vir: vbi ad id multa allegat, quæ illic videre poteris. Ro. consi. xxij. propositæ, ad fi. vbi ad hoc dicit sing. tex. in d.c. Titius. Card. Alex. & alij in d.c. j. §. & si clientulus, tit. de alie. feu. Iac. à S. Geor. in tract. feud. in verbo, & cum pacto de non alienando, colum. v. versic. & aduertite quòd præmissa, & latius col. ix. versi. sed moueo vobis: vbi & alios in id citat idem tenentes, & Phil. Dec. consi. cccxcv. in causa magnifici, col. j. & ipse Alb. Bru. consil. xxxvj. circa præmissa, col. ij. & omnes propè, quos citauimus in præfat. huius tit. num. 52. item feudum.

Contra priorem sententiam.

15 ¶ Et per eum tex. in d.c. Titius, Io. Fab. in §. ita tamen demũ, Insti. de hær. quæ ab intesta. defer. nũcupatim hanc nostrã quæstionem decidit pro ista parte, vt videlicet si res vẽdita fuerit alicui de genere remotioris gradus, possit proximior retrahere vi consuetudinis admittentis simpliciter cõsanguineos ad retractum. Ad quod etiam allegat l. filio, ff. de inoffi. test. quæ non admodum mihi huc facere videtur: & d.l. vnum ex familia, §. j. cum ibi notatis, ff. de leg. ij. quem tex. & nos suprà pro contraria parte adduximus. In qua re illud animaduertendum est, quòd id, quod in ea contraria parte diximus ex illo text. vt scilicet satis sit vni ex familia reliquisse, vt non sit locus fideicommisso, intelligit glo. ibi, quam nullus scriptorum improbat, (veluti omnes sequantur) secundùm l. item quod Sabinus, in fi. ff. de hære. institu. cum si. à me adductis infrà, §. xxxv. eodemq; penul. in glo. vlti. num. 46. nam minores: intelligit igitur ea glo. vt illud procedat, cùm vni ex familia relictum est: tunc enim poterit hæres vnũ quemlibet ex ea familia eligere. Secus, si familiæ simpliciter relictum fuerit: nam tunc hæres nõ poterit eligere remotiorẽ: quin si fecerit, admittãtur proximiores ad reuocationẽ alienationis, per l. cùm ita. §. in fideicommisso, eo. tit. & not. in l. vltima. C. de verbo sign. cum concord. à me adductis suprà eod. §. glo. iiij. in verbo, *doibt recevoir le premier lignagier*, nu. 2.

Fab. sententia de quæstione prin.

16 ¶ Et ita intellectus tex. in d.l. vnum ex familia, §. j. bene facit pro sententia ipsius Fab. quem etiam expressim, & in eius specie, sequitur D. Bened. in repe. c. Raynutius, in verbo, & vxorẽ nomine Adelasiam, nu. 606. extrà de testa. vbi & alios allegat, qui tamen id non dicunt. Verùm idem respondit Phil. Deci. consil. DCXIX. licèt in casu proposito. vbi & idem dicit consuluisse Nicolaum à nobilibus, & Hormanotiodetum. Sed & idem voluit D. Io. Igneus, multa in eam sentẽtiam allegans, in rep. l. dudum, col. xvij. versi. quid autẽ si res fuerit, qui est in nu. 24. cum multis seq. per iij. aut iiij. col. C. de cõtrah. emp. & Chasse. in hoc eo. tit. §. iij. in prin.

Fab. assecla.

17 ¶ Et ad hanc quoq; sententiam facit, quod responsum comperimus à Pet. Anch. & Flor. à S. Pet. inter consi. ipsius Anc. Illo scilicèt, consi. cccxx. ante omnia videndũ est, Flo. autẽ consi. quod illud cõtinenter sequitur, cuius initiũ est, quòd dicta domina: quòd si statutũ præbeat facultatem consorti reuocandi rẽ communẽ alienatam, si res quæpiã vendita fuerit vni ex consortibus

Alienatio prohibita inter cõsortes, an

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

consortibus ex minore parte, poterit alius consors ex maiore parte reuocare alienationē ab illo consorte minoris partis, per multa in illis consil. allegata. Et idem quoq; voluit Fabia. in trac. emptionis & venditionis, in xx.q.iij.q.prin. paulò ante fi. per multa etiam illic allegata, quibus probatur, multis in rebus eos præferri, qui maiorem partem habent. Et priores illos ad hunc nostrum casum citat, & sequitur Boē. in consue. Bitur. hoc tit. *de retraict*, cap. iij. in prin. Et id certè omnino cōtrarium est ei, quod suprà in contraria parte adduximus in nu. ii. ex Bal. in d.l.j.C. de com. seruo manu. Sed aduerte hîc, Lector, quia Floria. vbi suprà, illud quod ex eo diximus, negat procedere, si statutum simpliciter præfert consortem: quia tunc non est ratio præferendi eum, qui habet maiorem partem, alteri. Sed ad contrarium dicendum, scilicet præferendum consortem maioris partis, in ea specie, de qua consulebatur, motus est sicuti & ipse Pet. Anch. ex aliis verbis statuti, vt inibi videre licet. Ideò non video, quomodo ex illis hæc pars fulciri queat.

fieri possit in consortē minimæ partis, vide nu. ii.

18 ¶ Sed in eam non obscurè inclinat glos. in c. cōstitutus, in verbo, consuetudinē, & ibi Panor. in v. notab. extrà de in integ. restit. Nam cùm in eo tex. fiat mentio huius consuetudinis simpliciter, vt scilicet intra annum & diem liceat proximioribus offerre emptoribus pretiū. Ea gl. & Panor. loquentes etiam de ea consuetudine, dicunt eam talem fuisse, vt si quis rem suā venderet extraneo, vel etiam alicui coniuncto remotiori, is qui proximior est alienāti, possit intra illud tempus offerre pretiū. Vides enim quòd gl. & Panor. vltra illum tex. qui eam cōsuetudinem simpliciter apposuerat, sine mentione qualitatis emptoris, adiiciunt illa verba, extraneo, vel coniuncto magis remoto, tanquam illam consuetudinem intelligant, vt locum habeat, non solùm si extraneo, sed etiam si coniuncto remotiori fuerit res vendita. Nisi tamē diceres, & illud quoque intellectum fuisse ex verbis illius consuetudinis in text. appositis, cùm dicit proximioribus: quasi id ius semper cōpeteret ipsis proximioribus, qui scilicet sunt in propinquiori gradu, si remotioribus res fuerit vendita. Proximiores enim ij dicūtur, quos alius nemo antecedit, l.ij.§. hæreditas, & §. legitima, ff. de suis & legit. Nam & Bar. Bal. & alij in l. transactionem, C. de transact. faciunt discrimen, vtrùm statutū requirat consensum propinquorū siue consanguineorum simpliciter in alienatione rerum minoris aut mulieris: quo casu satisfactum dicunt statuto, si adhibiti fuerint consanguinei remotiores: an verò requirat consensum proximorum, siue proximiorum, quod idem est, aut propinquiorum, & tunc sint adhibendi ij, qui cæteros gradu antecedunt. Igitur cùm consuetudo illius c. constitutus, loquatur simpliciter de proximioribus, satis declarat proximiores ipsos admittendos ad redimendū retrahendumq; à minus propinquo, cui res vēdita fuit oblato pretio, sicuti & ab extraneo. Cum autem consuetudo simpliciter admittit consanguineum aut propinquum, vt facit nostra consuetudo suprà §. j. quæ vtitur his verbis, *le parent ou lignagier*, posset videri satis esse, si vendita fuerit consanguineo etiam remotioris gradus, vt cesset ratio ipsius.

19 ¶ Tu tamen cogita, neque enim ausim discedere à tam clara Ioannis Fab. & aliorū in hac re sententia, quam etiam secutæ sunt aliæ huius regni consuetudines, scilicet apud Burgundos hoc eo. ti. c. iij. vbi & Chasse. quod iam diximus, hāc partē secutus est, Cenomanos, c. ccccvj. Andegauos, c. cccxcv. Aquitanos Burdigalenses, c. viij. quod est v. huius ti. & Sanctones Angeriacos c. lj. Pro quibus vltra ea quæ diximus, & illud quoque dici potest, quòd res alienata in consanguineum remotiorem, non est in tam propinqua familia, tam coniuncta venditori, quàm si proximus quisque eandem retraxerit: tūc enim erit in intima, & (vt sic dixerim) penitissima familia, ita vt si posteà ab eodē vendatur alteri extraneo, præponentur qui erunt proximiores ipsius, & sic primi venditoris. Contrà verò postponentur, si res manet apud illū vlteriorem, qui extraneis vendat, vt qui erunt eiusdem gradu remotiores. Imò verò potest euenire, vt propinquiores ipsius primi venditoris nō admittantur. Fac enim rem primùm vendi tā consanguineo, qui decimo gradu distat à venditore, (is enim est vltimus omnium, qui recipitur ad successionem & retractū, vt diximus suprà, §. j. gl. in verbo, *ou lignagier*, nu. 23. sed & id intelligendum) posteà verò à nepote istius emptoris, cui successit, vēditam extraneo: certè filius primi illius venditoris non admittetur ad retractum huius rei, vt qui ab isto posteriore vēditore distet vndecimo gradu. Et vt summatim id concludā, licèt res vendita consanguineo in remotiori gradu nō exierit è familia siue genere vēditoris, propior tamē est vt omnino exeat, nisi à proximiore retrahatur. Igitur iterum cogita, & vide omnino, quæ dicā in seq. q.

Alia cōsuetudines de prin. quæstione.

20 ¶ Nam maius illud dubium est, si res vendita fuerit vni ex multis proximioribus, an cæteri eiusdem gradus admittentur ad retractum. Nam non admittendos adstruit tex. in l. filiusfamilias, §. cùm pater, ff. de lega. j. vbi si pater, filio hærede instituto, ex quo tres habebat nepotes, fidei ipsius filij commisit, ne fundū alienaret: & vt in familia relinqueret: si extraneo reliquit, omnes admittūtur ad fideicommissum: sinautem vni eorum tantùm reliquit, cæteri nō admittuntur. Verū est enim, in familia reliquisse, licet vni reliquisset. Prætereà nemo dixerit

Si res vendita est vni ex proximioribus, an cæteri eiusdē gra-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

duo possint retrahere in totũ vel pro rata. vide in glo. seq.nu.1. Cõsuetudo.

si proximiori res vendita fuerit,alios consanguineos queri posse:quando & feudum in proximiorem,vel cæteris contradicentibus,alienari posit.c.j.§.sed etiã,ibi,nisi tibi vel alij proximiori,tit.per quos fiat inuest.Is autem dicitur proximior,quem nemo præcedit, etiãsi alij sint eodem gradu.l.qui duos,in prin.ff.de reb.dub.& §.proximus,Institut.de leg.agna. succes.Ideo Bal.in l.vltima.col.vlt.C.de suis & legi.tenet,quòd vnus fratrum potest eligere ex suis fratribus,quem volet inuestiri de feudo.per c.j.tit.de alien.feu.pater.& alia, quæ ibi allegat.Et ita nuncupatim in casu nostri retractus voluit Ferro.in consuet.Burdig.hoc tit.de retractu,§.iij.pag.3.Et in eam rem est expressa consuetudo in comitatu Burgundiæ,§.vij.Et faciunt, quæ diximus in præcedenti quæstione, in priori parte. Nam si à remotiore qui emit, non posit proximior retrahere,multò minùs ab eo,qui æquali cum eo gradu est.

21 *De eadẽre.*

¶ Verùm Bal.cons.xxxviij.dominus Thomas, lib.j. respondit in hac specie, quòd si vnus ex multis fratribus feudatariis partem suam alienauerit in alium vnum ex pluribus, poterunt cæteri prò sua quisque portione reuocare,per multa illic allegata,quæ tu videre poteris. Et idé voluit ipse Bal.con.cccix.cùm essent plures,post prin.eo.li.j.per c.j.in prin.tit.de succe. feud.& c.j.§.donare,tit.quali.olim feud.alie.pote. & c.j.tit.de grad.succes. in feud. & idem quoque Bal.in d.c.j.§.hoc quoque,col.vlt.ver.septima conclusio,tit.de succes.feud.quem in hoc postremo loco refert & sequitur Bal.in c.quæ in ecclesiarum,char.vlt.vers. septima declaratio,ibi,& adde quòd si simul multi,de constit.Et idem quoque voluit Ioã. Ligna. inter cons.Alb.Bru.cons.lxvij.casus talis est,nobilis vir:vbi& ad hoc multa allegat,& Card.Alex. in c.Titius,col.iiij.& seq.ti.si de feud.fue.contr.inter do.& agnat.Iac.à S.Geor.in tract.feudorum,in verbo,& cum pacto de non alienando,col.ix.vers.in ista materia, & iterũ col. seq. vers.secunda conclusio.Caro.Rui.cons.viij.in proposito,col.iij.nu.6.lib.j.Zasius in epitome feudorum,parte ix.char.3.vers.item & secundo.Nec ij duo allegãt Bal.in d.locis,sed tantùm in c.j.tit.de vasal.qui cont.constit.Lothar.vbi de hoc nihil dicit,sed tantùm loquitur de alienatione,quæ facta est in remotiorem,vt scilicet ea reuocari posit à proximiore, de quo latè diximus in præcedenti q.Et notissimè Alb.Bru.cons.xxxviij.visis concessionibus, col.j.vbi illud expressè dicit,nonvalere alienationem feudi in agnatum,pro proportionibus peruenturis ad alios agnatos æquè proximos,in præiudicium eorũ.Et bene etiam facit,quod scribit Bal.in c.j.§.sed res,ver.ego fui interrogatus,tit. per quos fiat inue.

22 *De eadẽre.*

¶ Cæterùm Sal.vir vtique Iuris ciuilis prudentia clarissimus,duo super hoc cõsilia,& quidã contraria edidit.Primùm,quo tenebat,cos agnatos vasalli,qui æquali sunt gradu cum eo, in quem feudum alienatum est,posse ab eo pro sua quenque portione reuocare.Alterum, quo prioris meminit,& se in illo errasse ingenuè fatetur,asseritq; constantissimè,posse feudũ vni ex proximioribus alienari:nec alios æquè propinquos conqueri,aut alienationem reuocare posse,per tex.in c.generali,iuncta gl.in prin. tit. de alie.feud. pater. Et ita eum retulit Petr. Fer.in ti.forma libelli,quo agitur ad reuocationem feudi,in verbo,nec superstitibus ex eo liberis masculis,col.viij.vers.circa autem præmissa:vbi & hoc in vtranque partẽ disputat, nec tamẽ aliquid concludit.Pro ea autem sententia,quæ admittit æquales gradu pro sua quenq, portione,est consuetudo Cenomanorum,c.ccccvj.& Lodunensium hoc tit. §.viij.

Consuetudo.

23 *An pater possit vni ex filiis feudũ aut emphyteusim relinquere. Qui dicũt posse.*

¶ Et huc spectat alia cõtrouersia,quæ etiam inter nostros Doct.est,vtrùm pater posit feudũ vel emphyteusim vni ex filiis relinquere,ita vt cæteri reuocare non possint. Sunt enim, qui dicunt posse,videlicet Spec.nutans tamen,tit.de loca.§.nũc aliqua,vers.lxxviij.Iac.Ardiz.in Summa,tit.quib.mod.feud.amit.char.12.§.ad predictum,vers.verùm licèt non posit.Bal.in auth.si quas ruinas col.iiij.vers.iuxta hoc quæro,C.de sacr.eccle.& in c.j.§.& quia vidimus, col.ij.vers.sed quæro de vno,post Iac.Bel.ibi,tit.qui feud.dar.poss.& cõs.cccclj.nobilis Marchio,in fi.lib.j.modò(inquit)cæteris liberis relinquat legitimam, & cons. cxcvij. quòd consentiente,li.iij.Imo.in l.si domus,§.vlt.ad fi.ff.de l.j.& in l.cùm seruus,aliàs l.idem Iulianus. §.si quis alicui,& in d.l.filiusfamilias,§.cùm pater ff.eo.tit.& in c.potuit,ante fi.in pe.q.ver. pro cuius declaratione,extrà de loc.Pet.Anch.con.cxliij.pro domina Paula,in j.dubio.Paul. Cast.cons.clxxix.in causa quam magnificus,col.iij.vers.sed in contrarium,lib.j.Rom. cons. xxxv.visa facti serie,in vltimo dubio.Barb. latè cons.lxvj. afferam in medium, col.v. vers.& licèt ista sint,& multis seq.li.iiij.& inter cons.Alex.post cons.lv. prospectis his,col.penul.& vlt.lib.iiij.Ipse Alex.subdubius tamen,cons.xij.perspectis,col.ij.vers.fortificari, li.v.& asseuerantius con.xxvij.videretur,col.j.e.lib.v.Maria.con.xxv.dominus Franciscus,col.iiij.ver. verùm his & similibus.Bened.in rep.c.Rayn.in verbo,in eodem testamento relinquens,le j. nu.186.de test.Phil.Dec.& ipse subdubius,cons.cxciiij.viso tenore,ante fi.Lud.Gozad. con. xxv.in hac causa,col.pe.vers. septimò.

24 *Qui cõtrà non possi.*

¶ Sunt qui contrà negãt,posse patrem vni filiorum relinquere,& in his And.Iser.& Iac.Bel. in c.j.tit.an agna.& in c.j.& ibi Bal.sibi contrarius,tit.de alie.feud.& idem And.in capi.j.in princip.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

princip.& ibi Bald.colum.ij.verſ.pone ego recepi,& Aluar.col.j.tit.de ſucceſ.feud.Old.cõſil.cxxxvij.perlectis,in primo dubio,Bar.in l.vt iuriſiurandi,§.ſi liberi,col.ij. verſ. ſecundum dubium,ff.de oper.libe.& cõſ.lv.dominus Amatus,quod conſ.repetitur,con.lx.quæſtio: niſi quòd in huius prin.aliquid priori additur.Federi.Senen.con.ccxxviij.factum tale eſt, duo fratres,in fi.Bald.in vtraque lectu.& Ang.poſt Iac.But.quem ita dicunt cõſuluiſſe, in l.item videndum,§.nunc videamus,ff.de peti.hære.idem Bal.& Sal.in l.ſi adulta , C. de hære. ipſe Bald.in l.j.in ix.q.ff.de re.diui.& in c.imperialẽ,col.iiij.verſ.quero vtrùm pater,& ibi Mart. Laud.paulò ante fi.& Io.Ray.in §.habito,col.xiij.in paruis,verſ.nec etiam poteſt,tit.de prohib.feud.aliena.per Fede.Ang.conſ.cxcix.Sal.in l.vltima. col.iij. verſ.quæro an res emphyteutica,C.de iure emphy.Pet.Anch.ſibi contrarius,conſ.cccxix.themate preſuppoſito,in ij. dubio.& Ro.ſibi item contrarius,in l.j.in xij.q.C.quando non peten.part.Rapha.Co.conſi. clxvj.viſa copia,col.ij.verſ.tertia conſideratio.Iac.Aluar.in c.j.§.& quia vidimus,tit.qui feudar.poſſ.Io.Ana.conſ.xxxvij.viſo puncto,in ij.dubio.Pet.Ferra.tit.forma libel.quo agit.ad rẽ feud.in verbo,nec ſuperſtitibus,col.iiij.verſ.ex quo infertur.Ale.conſ.viij.viſis ſubtiliſsimis, col.iiij.verſ.quinimo fortius,lib.iij.Corne.latè conſ.cxcix.in præſenti conſultatione,colum. xix.verſ.his tamen non obſtantibus.li.ij.Bar.ſibi etiam contrarius,latè in rub. extrà de feud. col.pen.verſ.vtrùm autem pater:vbi dicit ita ſe conſuluiſſe,vti conſuluit, conſ. lxvj. afferam, col.ij.lib.iiij.Fra.Cur.ſenior conſ.xxv.tria,in ij.dubio. Iaſ.qui hanc dicit eſſe communẽ opi. conſ.ccxiij.in præmiſſa,col.iiij.verſ.ad prædicta,lib.ij.Phil.Dec.ſecum item pugnans conſi. ccxxxix.primò non videtur,col.iij.verſ.vltimò non obſtat,& con.ccclxxxix.viſa longa ſerie, col.j.Caro.Rui.conſ.viij.in propoſito,col.ij.nu.7.lib.j.& conſ.xxv.dubitabilis,col.v.nu.13.e. lib.j.vbi & hanc dicit eſſe communem opi.& conſ.ccxiij.in quæſtione,col.iij.nu.4.eo.li.j.Io. Oldendorpius Actionum iuris claſſe iiij.in actione emphyteutica , c.vij.in fi.

25 ¶Sunt autem,qui in hoc faciunt diſcrimen inter feudũ & emphyteuſim : vt ſcilicet in feudo non poſsit,in emphyteuſi poſsit,ex iis quæ ſcribuntur à Bal. in d.c.j. col.iiij. verſ. quærit hîc gl.tit.an agna.vel filius.& hanc opi.dicit communiorem Alex.in d.l.idem Iulianus, §.ſi quis alicui,ff.de l.j.de quo etiam plenè per Barb.conſ.lxxxix.illud,col.vlti.libro iij. Sunt & qui diſtinguunt inter feudum antiquum,& nouum, vt illud vni non poſsit pater relinquere , hoc poſsit:vt per Andre.Iſer.in c.j.per illum tex.à cõtrario ſenſu,tit.de aliena.feud.pater. & Bal. in l.qui ſe patris,col.vj.verſ.item quæritur ſi vaſallus,C.vnde lib.& per Alexan.qui id tamen non admittit,conſ.cvj.viſo themate inſtrumenti,col.vlt.lib.iiij.& conſ.ſeq. in cauſa Nico. in prin.& Caro.Rui.conſ.xlv.habita,colum.viij.nu.17.lib.j.& dicam infrà eod.tit.§.xxxij.nu.2. Sed & in feudo nouo à nonnullis diſtinguitur,an id gratisfuerit conceſſum,an non gratis:vt primo caſu non poſsit pater vni ex filiis donare,in ſecundo poſsit:vt per Bal.in l.j.ad fin. C. per quas perſo.nobis acquir.vbi etiam diſtinguit,vtrùm filij ſint in poteſtate patris,an nõ.& Corne.conſ.xxxvij.circa primum,col.iiij.in litera l,lib.iij.& Bened.Ca.inter conſ.illius cõſ. lj.videtur primò,col.ij.eod.lib.iij.& Lud.Goza.conſ.lxxv.primò,col.ij.nu.14. Et vide etiam Maria.Soci.d.conſ.xxv.dominus Franciſcus,col.iiij.verſ.vnde ſupereſt.Nec deſunt, qui indiſtinctè dicant,id poſſe patrem,modò aliis legitimam relinquat , vt per ipſum Bald. conſ. ccclvj.ſi vaſallus,in iij.dubio,li.v.Sunt præterea,qui hanc rem ita diſcriminãt,vt inter viuos poſsit,in teſtamento non poſsit:vt per Ludo.Bolo.in addi.Ioan.Ana.d.conſ.xxxvij.in princ. eius addi.Sed & ſunt qui referre dicunt,vtrúmne feudum ſit hęreditarium,an non:vt primo caſu poſsit,ſecundo minimè:vt per Alex.con.xxviij.in cauſa & lite vertẽte ſuper feudo,col. vlt.verſ.cõfirmari poſſunt,li.v.& Card.Alex.in d.c.j.col.vj.verſ.quæro poſt Bal.tit.de prohi. feud.alie.per Fed.vbi id latè diſputat.Sunt denique qui aliter atque aliter diſtinguunt,aut limitant,vt plenè videre poteris apud Corne.conſ.cclxxxij.viſo dicto puncto,col.vj.verſ.tertiò videtur,cum multis ſequen.& pleniſsimè Iaſ.in l.ij.in xxij.eadem q; vlti.q.C.de iure emphy.& Fran.Cur.iuniorem in tracta.feudorum in iiij.parte prin.char.totius operis 47. verſic.ex prædicta regula.quos item omnes videre poteris,& ex iis depromere,quę ad caſum noſtri retractus in hac quæſtione,quam tractamus,pertinent,ſatis enim mihi viſum eſt,Docto. nominatim ex locis deſignaſſe , eorum q; opin. ſtrictim indicaſſe. Tu tamen ſuper ea noſtra quæſt.vide etiam,quæ dicam infrà eod.tit.§.xxvj.in verbo,*non eſtant du lignage*.

Qui diſtinguunt.

IL Y SERA RECEV PRO RATA.
ADMITTETVR PRO RATA, GLO. VII.

1 SIMILE eſt Quod à quibuſdam dicitur voluiſſe Bal. in c.j.tit.de vaſal.qui cont. conſti.Lothar.quòd ſi ſint plures agnati eiuſdẽ gradus, & fiat alienatio feudi antiqui in vnum eorum,cæteri æqualis gradus poterũt reuocare eam alienationem, pro rata eorum portione.Et ita eum refert , & ſequitur Iac.à S.Georgio in tract. feudo.in verbo,& cum pacto de non alienando,col.x.verſ.item & ſecundò.Quãuis Bal. vbi

Vide in gl. precedenti num.26.& ſeq.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

suprà,id non dicat,sed loquitur de alienatione,quæ facta est in remotiorem,vt diximus in gl. præcedenti non semel.Verùm ipse Bal.& alij, à Iac.à S.Geor. & Zasio minimè citati, illud ipsum voluerunt in aliis locis à nobis designatis,in d.glo.præcedenti,nu.21.verùm.Cęterùm pro hac consuetudine,& contra eam quoque diuersis respectibus facit tex.in l.si finita, §. si plures,ff.de dam.inf.quo in loco illinc occasione sumpta, Dy.& Bar. tractant an & quando ordo temporis spectetur,vt inducat prælationem in Iure:vti etiam faciunt in l.priuilegia, ff. de priuilegi.credi.& in l.cùm vnus,ff.de bonis auto.iudi.posi. & ipse Dy.in l. qui prior, de reg.iur.lib.vj. Vnum autem est,quod videtur suadere,hoc casu hunc proximum, qui primus retraxit,cæteros eiusdē gradus debere anteire:quia ex duobus æquale ius habentibus,potior est cōditio occupantis,aut alio modo præuenientis,vt tradit Rom.cons.xlvij.visis,post prin. per multa iura,quæ nihil mihi facere videntur. Sed sunt alia multa, probantia in his locum esse præuentioni,siue præoccupationi:vt c.si duo,de procurato.lib.vj. & aliis vulgaribus.

2 *Vtrùm emptor, qui est in pari gradu,possit retinere pro rata portione.*

¶Sed & videtur,quòd emptor,qui est in pari gradu,non posit retinere pro rata, sed quòd omnino debeat cedere alteri consanguineo, etiam remotiori. Nam ex quo ipse emit consum esse videtur illud ius,quod ex statuto competit,quantum ad eum pertinet.arg.l.Stichū, §.aditio,ff.sol.matrim.& l.si debitori meo,C.de pactis,cum si.Tamen Matt.Afflict.in tract. Protomixeos,in §.j.col.xiiij.vers.iuxta hoc quæro Titius,dicit,quòd in hoc casu, de quo loquimur,licet actio quæ competebat huic consanguineo emptori ad retrahendū ratione proximitatis,sit confusa,non tamen exceptio quæ competit ad retinendum, per notata in l. debitor,ff.ad Trebel.& in l.j.§.penul.ff.de capi.dimi.Et ita dicit concludere Sebast.Neapodanum,in consti.incip.si in vno,in glo.vlt.ad fi.Et facit,quod scripsi suprà in hoc tit.§.j.glo.vij. in verbo,*eu autres choses censees pour immeubles*,nu.20.& quod in simili,& seq.Sed &hic vide quæ dicemus infrà eod.§.glo.x.in verbo,*tous y deibuent estre receuz pro rata*. Tantum autem abest,vt de hac re sit dubitandum,vt etiam sint,qui dicant hunc consanguineum emptorem cæteros consanguineos repellere,etiam proximiores,nedum æquales, vt latè disputauimus in gl.præcedenti.Sed aduerte interim,quòd nostra consuetudo hîc non loquitur in consanguineo emptore,sed redemptore.Ideò quod hîc diximus,non omnino huic loco conuenit, sed tamen dicendum fuit.

3 *Quid si emptor consanguineus vult in totū admittere consanguineum petētem se admitti pro rata.*

¶At in casu nostræ consuetudinis illud non intempestiuè quæri potest, Quid, si iste vnus ex proximioribus,qui primo loco retraxerat,alteri eiusdem gradus venienti ad retractum, petentique se admitti pro rata, vult offertq; totum cedere restituto pretio:negátq; se illum alter admissurum,nisi totum retrahat, quia nec ipse,nisi totum quoque emisset:nec vult manere in communione eius rei.Igitur vel totum (inquit) retrahe, vel totum dimitte. Ille autem contrà petit ad suam tantùm ratam portionē admitti ex hac nostra consuetudine,in his verbis,quæ nunc commentamur.Et sanè in fauorem huius,qui primùm retraxit, statutum est, vt possit,alio eiusdem gradus veniēte,suam quoque ratam portionem retinere, ob id ꝙ ipse sit consanguineus in eodem gradu,quodq; primus ipse retraxit. Quòd si contrà potius eligat totum cedere,quàm partē tātùm retinere,nō video, cur alter idipsum recusare possit, tū ne quod in fauorem istius introductum est,in ipsius odium & læsionē retorqueatur,l.quod fauore,C.de legib.cum si.tum quoque arg.atque exemplo eius,quod scribitur in l.tutor,§.j.ff. de minor.vbi si curator adolescentium prædia eis & sibi communia vendidit,eatenus tātùm venditio rescindendaest,quatenus adolescentium pro parte fundus communis fuit:nisi emptor à toto cōtractuvelit discedi,ꝙ partē emptur̄us non esset.& quę etiam in simili scribūtur in l.si quis aliam,& quòd ibi tradunt Bar.Ang.& Pau. Cast.ff.de solu.cum multis cōcord.& simi.à me cumulatè traditis infrà §.xxiij.gl.j.nu.1.& aliis multis sequ.quæ ibi videre poteris.

4 *Consuetudines de hac re.*
Si ex duobus dominis alter vult laudimia capere,alter rē redimere.
Quid si emptor totum offerat.

¶De quo & tu vide,quod in simili statuitur,cōsuetudinum Turonensiū hoc eod.ti.c.xxij.& Cenomanensium,c.ccclxxviij.Andegauensium,c.ccclxviij.Aruernensium ti.*des emphyteoses & louages*,c.x.iunctis duobus præcedentibus.Et iterum tit.*de retraict*,ca. xxix.iunctis etiam duobus præcedentibus,Borbonienſium c.ccccxlviij.& sequen.vt non contemnendum id videatur,de quo tot gentes & populi consenserunt.Quibus etiā concinit,quod scribit Masuc. hoc tit.de retractu,§.vna vel pluribus.& Fran.Ripa in l.quò minus, col.vlt. versic. sed pone quòd volens,ff.de flumi.quòd si ex duobus dominis alter vult laudare, atq; sic laudimia recipere pro sua portione,alter verò vult partē suam, restituto eius partis, pretio, retinere: id quidē potest,ex sententia Albe.in l.per fundum,ff.de serui.rusti.prædi.per l.heredes,§.si meritò,ff.famil.erciscund.Tamē si emptor ei totum offerat,restituto integro pretio, is debet & cogitur totum retinere,vti etiam voluerunt Guil.Cu.& Albe.in l.si duo patroni,in princip. ff.de iureiurand.Et quod post eundem Guil. Cu. scribit Angel.in l.item cum testamento, quam legit cum §.non solùm,l.si noxali,ff.de peculi. quòd si incōsulto domino emphyteuta vēdiderit emphyteusim,poterit vnus ex pluribus hæredibus domini pro parte sua reuocare

& cæte

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

& cæteri non reuocare. Tamen emptor poterit dicere, aut totũ reuocetis, aut nihil. Quodq; tradit. Albe. in l. patri, §. j. ad fi. ff. de minor. Sed interim tamen vide quæ dicã infrà eodem ti. d. §. xxiij. in gl. vltima, num. 4. cæterùm. iterumq; num. 6. ex istis denique, & duobus sequen. Vide etiam quæ in simil. tractat glo. in l. ij. in princip. C. de libe. & eor. libe. Bal. in l. j. in xxxvj. quæs. ff. de rer. diui. Mart. Laud. in c. vlti. colum. ij. vers. quæro vasallus, & ibi Cardi. Alex. col. ij. versic. pro complemento, tit. quib. mod. feud. amit. l. j. vbi sequitur Ang. vbi suprà.

PRO RATA, GLO. VIII.

1

VID hoc pro rata, significet, & quibus modis sumatur, videbis per gl. in l. j. in princip. & ibi omnino per Philip. Deci. etiam in princip. C. vnde libe. & in l. vltima, in verbo, pro rata, & ibi Bal. C. de dot. promis. & Inno. in c. constitutus, extrà de religio. domi. & Bal. in authen. defuncto, col. vlt. vers. sed opp. quòd pater, & iterum vers. modò quæro, C. ad Senatusconf. Tertul. & in l. j. §. quòd si nemo, colum. j. vers. super prima questione, ff. quod cuiusque vniuers. & in l. vltima. col. j. vers. scias ergo, C. de impub. & ali. substitut. & Pet. Vbal. in tracta collectarum, q. xlij. Sæpius autem reperies, hoc, pro rata, significare, non æqualiter, siue pro virili, sed pro portione, vt in l. in iis, §. Imperator, ff. de sol. vbi, æqualiter, &, pro rata, vt diuersa ponuntur, cùm dicitur, æqualiter ad vtranque causam proficit, quod solutum est, non pro rata & in authenti. si quando, C. de constit. pecu. & in c. Raynaldus, versicul. demum, extrà de testa. & ita eos text. expendit Alexand. consilio lxxij. viso processu, columna tertia, ver. sed aduertendum, libro quinto. *Pro rata quid significet.*

2 ¶ Illud autem sciendum, id nonnunquam, pro rata, simpliciter, & sine alia adiectione dici, vt in dicto §. Imperator, & rursus in eadem l. §. apud Marcellum, ibi, vtrùm pro rata. atque etiã in l. Plautius, in princip. ff. de conditio. & demõstra. & in l. & si pauciores, & l. sorori, ff. si pars hæredita. peta. & in l. si pro rata, ff. de religio. & sumpt. fune. & in l. procuratoris, §. vltimo. & in l. illud, in princ. ff. de tribut. actio. & in l. hinc quæritur, vers. sinauté, ff. de pecul. & in l. insulam, ff. qui potio. in pigno. habean. & in l. interdum, §. j. ff. de hæredi. instit. & in l. si verò, ff. de milit. testa. & in l. si libertus, §. j. ff. de iure patrona. & in l. iij. ff. de alimen. & cibar. lega. & in l. si pro patre, §. idem quoque, ff. de in rem verso. & in l. apud eos, C. de debit. ciuit. li. xj. & in dicto c. Raynaldus. Sicuti & apud Liuium lib. ab Vrbe condita xlv. Pediti in singulos dati cẽteni, duplex Centurioni, triplex equiti: tantum pediti daturum fuisse credũt, & pro rata aliis. & Capitolinum in Antonino Philosopho, Vicena millia nummũm singulis ob participatũ imperium militibus promiserunt, & cæteris pro rata. Quanquàm illud, pro rata, significare ibi videtur, pro certa aliqua portione. In quibus locis, rata, aut substantiuum. Ab aliis tanquã adiectiuum ponitur. Tullius in Tuscul. Omnia ista, perinde vt cuique data sunt, pro rata parte, à vita, longa aut breuia dicuntur. Cæsar li. primo belli Gallici: Quadraginta iugera in singulos proponit, & pro rata parte Centurionibus, euocatisque. Et Vitruuius libr. iiij. cap. item iiij. Si autem nona aut decima pro rata parte fiat. Pro rata quoque portione, scribitur in d. l. j. C. vnde liberi, & in d. l. vlt. de dotis promis. & in l. adhuc, in prin. ff. de vsufruct. & in l. vlti. C. de repud. & in d. authen. si quando, & in l. si seruus, §. j. ff. si quis cautio. & in l. omnes, C. de coll. fund. patri. lib. xj. & apud Tullium in Somnio Scipionis: Hic est ille, qui interuallis coniunctus imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis, impulsu & motu ipsorum orbium efficitur. *De eodem.* *Pro rata parte.* *Pro rata portione.*

3 ¶ Et pro rata regionis, in l. ex mille, §. quæsitũ, ff. de euict. Pro rata patrimonij, & pro rata pecuniæ, in l. Titius, ff. ad Senatusco. Trebe. & in l. sed & si lege, §. quod autem, ff. de petit. hęre. Et pro rata ponderis, in l. iij. §. vltimo, ff. de rei vendic. Et pro rata temporis, in l. si quis domũ, §. j. ff. loca. & in l. si vno, §. vbicunque, eodem titulo, & in l. cùm in fundo, §. quòd si vxor, ff. de iure dot. Quod alibi, pro portione temporis, dicitur, in l. quòd si domus, ad fin. iterúmque in l. qui insulam, §. j. ff. loca. Et pro rata debiti, in l. procuratoris, §. in tributum, & §. vlti. ff. de tribut. actio. Et pro rata suæ quantitatis, in l. in imponenda, C. ad leg. Falcid. Interdum simpliciter, pro portione, dicimus, quod & simpliciter, pro rata, dicitur: vt in l. Celsus, ff. de religio. & sum. fune. Nam & in d. l. sic pro rata, quæ paulò pòst sequitur, pro eodem ponit, pro rata. Sed & pro portione dicitur, in l. ij. in princi. & iterum §. cùm in eadem, ff. ad leg. Rhodi. de iactu. & in l. sed si communis, ff. de contrah. emp. & apud Catonem in Re rustica, pro portione omnia ea facito. & Varronem in libro eiusdem titul. Vt & lac pingue habeant, & multùm pro portione. Et pro portione rerum, apud Tullium in libr. de Oratore: Sed oportet, vt ædibus ac templis vestibula & aditus, sic causis principia pro portione rerum proponere. *Pro rata regionis.* *Pro rata pecunie.* *Pro rata ponderis.* *Pro rata temporis.* *Pro portione temporis.* *Pro rata debiti.* *Pro rata quãtitatis.* *Pro portione.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

OV CEVLX QVI LES REPRESENTENT, AVT QVI EOS REPRÆSENTANT. GLO. IX.

Repræsentatio an habeat locum in retractu.

1 ¶ Isi id consuetudo nostra expressisset, fortè non fuisset locus repræsentationi etiam inter eas personas, in quibus de Iure communi locum habet repræsentatio: quia nostra consuetudo in princ. huius §. nuncupatim præfert proximiorem cæteris, cùm dicit, *le plus prochain lignagier du vendeur*, &c. Et cùm fit mentio proximi, siue proximioris, non comprehenditur, qui sequenti gradu est, licèt is sit, qui priorem repræsentare soleat, l. iubemus, in princ. iuncto §. vlt. & ibi Doct. C. ad Treb. & l. si libertus præterito, §. si libertus, ff. de bo. lib. & voluit Soci. cons. cclij. visis instrumentis, col. ij. vers. ad idem adducitur, & latiùs diximus in nostro tractatu Primigeniorum, quęst. xl. in quo tracto, vter in eo iure primogenituræ præferatur, nepósne ex filio primogenito ante patrem mortuo, an secundò genitus filius, in xxiij. ratione pro patruo contra nepotem.

2 ¶ Hincque fit, quòd cùm, vbi relictũ est aliquid familiæ, vocetur primo loco proximus quisque, l. peto, §. vlt. ff. de leg. ij. & l. cùm ita, §. in fideicommisso, eod. tit. & plenè diximus suprà in eo. §. in glos. iiij. in verbo, *doit recepuoir le premier lignagier*, vers. ij. Certè ob id non admittuntur filij fratrum cum patruis: quia vbi consideratur prioritas gradus, frater excludit filiũ fratris, l. iij. §. si duo, ff. de legi. tut. In qua sententia fuere Bal. qui id dicit not. Raphael Co. Flori. à S. Pet. Iac. Pute. & Ang. Perus. in d. §. in fideicommisso, cũ aliis multis concor. quorũ tibi ingentem cumulum fecimus in dicto nostro tractatu Primigeniorum, in illa ipsa concertatione nepotis & patrui, in xxxiiij. ratione patrui: vbi etiam videbis, an id verum sit. nã multi etiam contrarium tenuerunt, non contemnendis subnixi rationibus, vt ibi quoque videbis.

Repræsentatio an habeat locum in statutis.

3 ¶ Est & aliud, quod potuisset videri impedire in hoc casu repræsentationem, quia retractus non competit de Iure communi, sed ex statuto aut consuetudine: edictum autem statuti non sic aperitur nepoti, vt edictum Prætoris: quod etiam ei apertum non fuisset, nisi id Prætor expressisset, l. si post mortem, §. vlt. ff. de bo. pos. cont. tab. Ita enim voluit Bal. cons. xxx. presupposito statuto, col. ij. vers. secundò quæritur, lib. j. vbi ex hoc consuluit, filium fratris non admitti cũ patruo per repræsentationem patris ad succedendum ex statuto, tanquam scilicet repræsentatio locum non habeat in his quæ ex statuto deferuntur. Et ita illum refert. D. Benedic. in repet. c. Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, nu. 64. & rursum num. 625. de test. vbi tamen corruptè eum allegat, nec ei tamen assentitur. Sed de hoc nos multa dicemus in tractatu Primigeniorum, in ea quæstione, Vter in iure primogenituræ præferatur nepos ex filio primogenito, an filius secundò genitus.

Repræsentatio iuris specialis est.

4 ¶ Illam tamen sententiam Bal. confirmat, quòd id ius repræsentationis competit ex Iure quodam speciali, non autem communi, vt probat tex. qui id appellat priuilegium, in §. si autem defuncti. in Authen. de hære. ab intest. quem ad hoc singu. dicit ipse Benedic. in d. repetitio. in eodem verbo, nu. 616. Igitur cùm & retractus sit etiam ex Iure speciali, non potest in eo habere locum repræsentatio, quæ & ipsa est Iuris specialis, ne duo specialia in re eadem cõcurrant, contra not. in l. j. C. de dotis promis. cum simi. Quin etsi repræsentatio esset beneficium Iuris communis, id tamen non haberet locum in iis quæ deferũtur Iure speciali, per tex. notab. in l. mulieri & Titio, ff. de condi. & demon. quem & ipsum dicit sing. idem Bened. in d. repe. in verbo, mortuo itaque testatore, le ij. nu. 119. Et huc spectat ea controuersia, an ius statutarium vel consuetudinariũ sit transmissibile: de quo per Sal. in l. j. C. ad leg. Iuli. de adult. & Ro. in l. ventre, ff. de acquir. posses. & ipsum Bened. loco suprà allegato, num. 118. & multis seq. vbi & alios citat.

Sed an hæc repræsentatio habeat locum, vt quis eum repræsentet, quo viuo nõ erat conceptus.

5 ¶ Sed id vnum tamen hoc in loco notandum est, quod à paucis animaduersum admodum miramur, tum demum repræsentationem habere locum, si is qui vult alium proximiorem repræsentare, viuo eo conceptus erat: aliàs enim ex persona illius, quo scilicet viuo nondũ conceptus erat, in eius locum venire non potest, vt pulchrè & scienter responderunt Fran. Rãpo. & Pet. Anch. inter cons. ipsius Anch. cons. ccclxv. in themate proposito, col. j. per l. Titius, ff. de suis & legit. & l. j. §. quis proximior, ff. vnde cogna. & gl. in §. hi autem, in prin. Insti. de legiti. agna. succes. Ad quod etiam faciunt alia multa, quæ nos abundantissimè collegimus suprà eodem tit. §. j. in gl. ix. quæ est in verbo, *ou lignagier*, nu. 81. & hæc quidem, & multis sequẽ. vbi & hoc transeunter attigimus, & quod dicemus nu. sequen. in fi. & in loco inibi citato.

De eadẽ re.

6 ¶ Verùm ego id vix recipere in hoc casu nostræ consuetudinis, quæ hîc in verbis sequẽtibus dicit repræsentationem habere locum in retractu, vt in successione. Alibi autẽ, videlicet tit.

de succ.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

de successionis, qui est omnium xvij.§.j.qui est ccxij.omnium §.totius huius voluminis consuetudinum nostrarum,scribitur,repræsentationem habere locum in infinitum,eatenus quidē, quatenus gradus consanguinitatis computari & probari potest. Quibus verbis satis ostenditur, non esse necesse, vt quis sit conceptus eo viuo,quem vult repræsentare: neq; enim id fieri posset in infinitum,vt dicit ob eadem verba in simili casu Bal.in c.j. tit. an agna.vel fili. & consi.ccxv.proponitur,col.ij.lib.ii.& diximus suprà eo.tit.§.j.in dicto verbo,*ou lignagier*, nu.89.& id quidem. Vt interim illud omittam,quòd licèt ij qui post mortem concepti sunt, non admittantur ad successionem ex propria eorum persona, tamen admittuntur ex persona parentum,scilicet iure transmissionis,ac veluti repræsentationis, ex sententia Cy.Bart. Bal.Sal.Pau.Cast.Corn.& aliorum in l.j.C.de his qui ante apert.tabu.& aliorum multorū, quos collegi suprà in eadem gl.in verbo, *ou lignagier*, nu.92.deniq; licèt.

TOVS Y DOIBVENT ESTRE RECEVZ PRO RATA, OMNES PRO RATA ADMITTENTVR, GLO. X.

1 IO AN. Fab. in §. si plures, Insti.de legit. agnato. succes. loquens nuncupatim de casu nostræ consuetudinis.Si sunt plures(inquit) eiusdem gradus,qui veniāt ad retractum, dicunt aliqui, quòd si sit eadem ratio omnium, vt quia æquè admittuntur ad successionem,admittuntur etiam omnes ad retractum. Et ex hoc dicunt,quòd frater vtrinq; coniunctus excludit omnes,qui ex vno tantùm latere sunt. Idéque eo in loco voluit Bart.si is est,in ea lect. Instit. quæ nomine eius circunfertur,quod minimè credo:& ante vtrunq; Pet.à Bel.Perti.nuncupatim etiam loquens de retractu,in auth. itaq;, in fin.C.commu.de succes.Subdit autem Fab.quòd si nulli sint vtrinq; coniuncti,tūc agnati in quæsitis ex parte patris,cognati matris admittuntur, l.de emancipatis,C. de legit. hæredi. Vltra fratres,& fratrum filios veniunt proximiores æqualiter,nulla ratione habita, vnde bona venerint.auth.post fratres, C. eodem, & d.auth. itaq;. Sed & subdit,quòd quicquid sit de Iure, certum est de consuetudine, eos qui æquales sunt, vt fratres consanguinei, vel ex iis descendentes,æqualiter admitti.Si non sint consanguinei, eos qui attinent ex parte eius,à quo bona processerunt, admitti, non alios. Sed super hoc vide quæ dicam infrà §. xiiij.glo.ij. num.10. illud autem. & seq.

Si plures cō sanguinei eiusdē gradus veniūt, quid agendum.

Quid si vnus est vtrinq; coniunctus,alter ex altero latere tantum.

2 ¶Baldus autem in tracta.Protomixeos,col.iij.ver. sed quid si sunt æqualiter,dicit hoc casu, cùm scilicet plures eiusdem gradus volunt admitti ad retractum, ambo debēt consequi:aut præfertur,qui prior prouocauit:aut si simul prouocauerint, locus est gratificationi: per multa,quæ illic allegat.quibus addere poteris & alia multa,quę nos cōgessimus in tractatu Primigeniorum in xv. quæst. in ij. opinio. At illud primum caput,de eo qui prouocauit,voluit quoq; & in hoc casu Pau. Cast.qui Bal.non meminit,consi.ccxxj.in hoc passu duo sunt,col. ij.lib.j. motus,quia id ius reuendendi alteri,est indiuiduum, vtpote quod cōtinet rem tradi, quod & ipsum indiuiduum est,l.stipulationes non diuiduntur.ff.de verborum obligatio.& not.Bar.in l.cùm vsusfructus,ff.de vsufruct.Ideò cuilibet in solidum competit,l.ij.ff.de verbor obligatio.Ex quo fit(inquit)vt locus sit præoccupationi,l.si pluribus,in fi.ff.de lega.j.& l.ij.ff.de duobus reis,& l.si rem, §.si duo,ff.de donationibus.& l.si Titius,ff.de verbo.oblig. Et idem quoq; voluit Alex.qui solùm Pau. memorat, consi.xxvij.viso themate, in iij.dubio, lib.vj.vbi dicit præoccupatum censeri per litem contestatam.& Ioan. Igne. qui nullum horum allegat,in repetit.l.dudum,col.xxviij.versi.adde tamen vnum,C.de contrah.emptione, per alia multa iura, quæ præoccupantem præferunt, cæteris paribus. ibiq; etiam declarat, quis præoccupasse dicitur,post Bart.Bald.& recentiores in d.l.si pluribus,ff.de legatis j. De quo etiam per gl.Bar.Bal.& alios in l.pluribus,ff.de procurat.gl.j. & Doct.in c.capitulum, extrà de rescrip.Io.And.in c.si duo,de procu.lib.vj.in Nouel.Bald.in l.si quis à multis, in ij. lect.ff.de noxa.actio. Paul.Cast.& Alex.loquentes in specie huius casus, quibus locis suprà allegauimus.& eundem Alex.in l.inter eos,quam l.legit sub l.sunt qui, col.j.ff.de re iudica. & in d.l. si Titius,in j.not .ff. de verbo.obligationibus.

Si vnus ex plurib. eiusdem gradus præuenerit,an cæteros excludat.

Ius redimēdi indiuiduum.

Et an cuilibet in solidum competat.

Præoccupare quādo quis dicatur.

3 ¶Hæc autē nostra consuetudo apertè declarat,omnes eiusdem gradus admitti pro rata,nulla præoccupationis ratione habita. Quod & idem de Iure cōmuni procedere censet Sebast. Neapodanus in cōstit.de Iure cōgrui,in fin.& in cōstit. si ex vno,in verbo,vnius.& Benedi. in repet.c. Raynutius,in verbo,& vxorē nomine Adelasiam, nu. 608.de testa.& Matth. Afflict.in tracta.Protomixeos,§.j.col.antep.quæ est xxj. totius tractatus,ver. vltimò not. Quibus accedo,hac ratione motus, licèt ipsi non dicant,quòd cùm aliquid competit plurib.nomine collectiuo cognationis vel familiæ,tunc proximiores existentes in eodem gradu simul concurrunt,l.cùm ita,§.in fideicommisso,& iterum l.peto,§.fratre,ff.de leg.ij.Bar.in l.si cognatis,col.vlt.versi.quæro quo ordine,ff.de reb.dub.cum multis concordant.adductis à Ias.

Iterum de principali quæstione.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

consi.ccxv.ex Valentia, col.ij.versi.sed præmissis,lib.ij. & à me suprà, eodem §.glo. iiij.nu.2 nam propè omnes ibi à me citati ad aliud quippiam, id quoq; voluerunt. Nec etiam æquũ videtur,vt alterius festinatione alterius ius lædatur,l.cùm solus,ff. de acq.hæred.

Quid si res empta sit indiuidua.

4 ¶Sed id tamen intelligo,vbi res empta diuidua est. Quòd si ea indiuidua sit,putarem etiam extante nostra consuetudine, locum esse præoccupationi. Pone enim, quòd vendita sit seruitus,in qua,vt dictum est expressè suprà §.j.retractus habet locum,aut aliud quippiam indiuiduum, & quod simul plurium esse non possit : tunc inter multos eiusdem gradus præferretur,qui prior occuparet: & si simul prouocarent,sorte esset res diriměda,vt expressè & in hoc casu voluit ipse Matth.Afflic.in d.tracta.Protomixeos,in d.§.j.col.pen.versi.itẽ pone quòd pluribus,per quædã iura ibi allegata.quibus & alia multa addidimus in d.tracta.Primigeniorum, d.quæstio.x. Et idem in simili statuto respondit Pau.Cast.consil.ccxxj.in hoc passu,col.ij.versi.similiter non obstat,lib.j. Et tu tamen vide,quæ dixerim suprà,§.j. in glo.ix quæ est in verbo,*ou lignagier*,nu.177.rursus quæritur.Et vide item Ferro.in consuetu.Burdigal.hoc tit.§. iij. statim post prín.

Consuetudines de ea re.

5 ¶De hoc autẽ,an scilicet & quomodo sit locus præoccupationi inter multos cõsanguineos venditoris eiusdẽ vel diuersorum graduum, sunt multæ expressæ Franciæ cõsuetudines,videlicet Parisiensibus,cap.clxxix.Meldensibus,xc.Meldunensibus,xxxiiij.Senonẽsibus,xlvj. Trecensibus,cxlv.Caluimontensibus,cxiij.Aurelianensibus,cclxxix. Turonensibus hoc tit. cap.j.Cenomanensibus,ccclxxx.Andegauensibus,ccclxx. Aruernensibus,hoc ipso titu.cap. xv.& tribus sequentibus.Borboniensibus,ccccxxxix.Et duobus sequentibus.Blesensibus,c. cxcix.& duobus sequentibus.Engolismensibus,lxj.Rochelensibus,xxx. Bituricensibus,hoc quoq; tit.cap.ij.Burgundiensibus hoc item tit.cap. etiam ij.Artesiensibus, cap.lxxxvj.Burdegalensibus,cap.vj.Sanctonensibus xlvij.& simil. quas tu ipse videre poteris.

Si ex duob. eiusdẽ gradus alter alteri mandauerit retrahi fundum qui vtriusq; commodo cedat an hic tenebitur cõmunicare lapso tempore retractus.

6 ¶SED hic in mentem venit quæstio,quam nos semel ex facto contingere vidimus : Titius & Mæuius erant eodem gradu propinqui venditoris: Titius Meuio mandauit,vt rem ipsam venditam retraheret,quæ vtriusq; commodo cederet. Mox verò Titius ipse,ignorante Mæuio,eandem ab emptore retrahit:an Mæuius habeat actionem aduersus Titium,vt ei dimidiam partem rei redemptæ cedat, restituta etiã dimidia parte pretij, si transactus fuerit annus retractus.Nam si nondum exiisset,haud dubiè agere posset ex hac nostra consuetudine, quæ ius facit consanguineo retrahendi ab alio cõsanguineo eiusdem gradus pro rata, si intra tempora retractus veniat. Sed hîc quærimus,an post annum admittatur ob id mandatũ, siue conuentionem , de qua locuti sumus. Et id quidem dubium decidimus ex casu l. cùm duobus,ff.pro socio.vbi si id solùm actum est,vt fundus venditus emeretur,& mandanti cõmunicaretur , aduersus eum qui emit nullam actionem competere. Si verò id actum sit,vt quasi commune negotium gereretur , societatis iudicio emptorem teneri , vt pro rata communicet.Nisi(vt dicit gl.ibi in verbo,tenebat)is cui mandatum est,dolo vel culpa emere noluit: tunc enim fortè nihil ei communicabitur,ar.l.si fratres,§.si quis societatem,eo.ti.Et ibi Bart. & Bald.dicunt vtriusq, rationem esse, quòd in priori casu mandatum est,quod potest liberè reuocari.In secundo societas, in qua non est locus pœnitentiæ. Et idem quoq; in retractu conuentionali dicere possumus,si fortè alter ex duobus,qui fundum sub lege reuenditionis vendiderant,alteri eorum mandauerit retrahendum.

LVT SEVL, SOLVS IPSE, GLO. XI.

Si plures sunt eiusdẽ gradus, qui libet in solidum admittitur.

1 ET id quidem iuris est , quoniam ex multis, qui sunt eiusdem gradus, quilibet in solidum admittitur iure accrescendi,si cæteri nolint:vt & nuncupatim in hac specie, de qua loquitur hæc nostra consuetudo , voluit & respondit Paul.Cast. consi.ccxxj.in hoc passu duo sunt,col.ij. lib. ij. iteumque & expressius consilio lxxiiij. in causa mota per dominam Dorotheam, ad fin.libr. ij. & aliquid diximus in precedente glo.vt videre poteris.

POVR VNE TESTE, PRO VNO. TANTVM CAPITE, GLOS. XII.

Si plures ad retractũ veniũt, an in stirpes, an verò in capita veniant.

Quid de scendentib.

1 MAGNVM INTER nostros certamen fuit , estque etiamnum, vtrùm, cùm filij fratrum soli & sine patruis succedunt , in capita , an in stirpes veniant. Sed illud primum Lectores scire oportet , quòd in successione ascendentium descendentes semper in stirpes vocantur,tam de iure C. vt scribitur in l. secunda, & ibi Alberic. C. de suis & legiti. & §. cùm filius , & iterum §. vlti. Institut. de hæredit. quæ ab intesta. defer. quàm etiam de iure Authenti. vt patet ex authentic. in successione, & ibi Paul.Cap.& Corn.C. de suis & legiti. { quàm denique de iure feudorum, per capitul.primum in prin.& ibi. Doctor.titu.de succession.feud.} Et id nemo non admittit,quod sciam,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

sciam, præter Ioan.Fab.in authen.cessante, C. de legit. hæred. & Soci.consil.ciiij.quoniam præsens, col.iij.versi.secundum autem probatur, libro ij.& ex Antiquioribus Alber.Papien. vt eum retulit Alberi. in l. ij. de suis & legit.negans eam l.loquentem de nepotibus trahi ad posteriores.

2 ¶In successione autem collateralium, qui sunt post fratres & fratrum filios, haud dubiè veniunt in capita, ex omnium sententia. At in successione consobrinorum, siue patruelium, verbi gratia, tres erant fratres, aut sorores: decessit vnus, relicto vno filio, alter duobus, tertius tribus filiis: deinde ille vnus ex primo decessit, cui cæteri patrueles succedunt: & nonnihil dubij est, succedántne in stirpes, an in capita. De quo per Bal.consi.cxcviij.ad euidentiam.in iij.& iiij.dubio, lib.iij.Ioan.Lig.inter consi.Alber.Bru.consi.lxxvj.thema, col. penul. & Mart.Laud.in c.j.§.& quia vidimus, col.vlt.versi. tertia regula, tit.qui feud.dare possunt, & in c.j.col.vlt.tit.de gradibus suc.in feu. Si autem filij fratrum, id est patrueles, succedunt patruo simul cum alio patruo: in stirpes proculdubiò succedunt: nam necesse est, vt tunc in locum patris veniant: aliàs patruus, tanquam proximior, eos excluderet.

Quid in successione consobrinorum siue patruelium.

3 ¶Quid si soli inter se sine patruo succedunt? Et hoc quidem Cimmeriis propè tenebris obscurius est, magnisque testibus res ista agitur. Nam in capita eos succedere, tradidit Azo, huius opin.veluti antesignanus, in Summa, C.de legit. hæred. col.ij.§.item Iure nouissimo. versic.illud dubitari potest, & Accur. ipsius discipulus, nec eo magistro indignus, in §.hoc etiam, in verbo, superstites, in fin.Insti. de legit. agna. success. in quo illud scire debes, ob id præsertim, quòd idem Accurs.aliis in locis fuit in contraria sententia, vt postea dicemus, quòd Accurs.ipse postremo loco scripsit in Institutiones, vt dicit Bal.consi.cclxxij.casus talis est quidam testator, col.ij.lib. ij. vt hinc intelligas, hanc suam in eo loco opin.cæteris esse veluti maturiorem, iuxta illud Diui Pauli, j.ad Corinth.xiij.Cùm essem paruulus, loquebar vt paruulus, & cætera quæ sequuntur. Quam sententiam sæpissimè aduocat Barb. noster, cùm mutat sententiam. {Atque illud Euripidis in Hippolyto:

Quid cum soli sine patruo inter se succedũt.

Qui in capita dicunt eos succedere.

—Κἂν βροτοῖς
Ἀεὶ φρονοῦσαι βέλτεραι
δεύτεραι.—

—Nam mortalibus
Posteriores semper cogitationes prudentiores.

Ex quo (ni fallor) depromptum est illud Tullij Philip.12.Posteriores enim cogitationes (vt aiunt) sapientiores solent esse.} Sed & è nostris Fran.Curt.senior, cons. xlv.statuto siue consuetudine, col.viij.versi.& ideò huic decisioni, dicit quòd cùm Doct.nostri reperiuntur diuersas secuti fuisse sententias, postremas præsumi meliores & maturiores, & in id alios multos allegat, & idem dicit Phil. Dec. in postrema addi.consil. xxxiiij.præstantis.Doctor, col. eiusdem addit.ij.versi.secundò principaliter. {Idq; prouerbio dicere solemus ὁ εὐλέρων ἀμεινόνων.} Sed non omnino certum est (neque enim posteaquàm huc peruenimus, id omittendum est) quod ex Bald. dictum est, glo.Accur. in Institutiones, esse omnium postremas, quia Petr.Iacob.titu. de actio.in rem pro re emphyt.char.antepenul.versic. item quod glossator, dicit Francis.Accursi. ipsius Accursi.nostri glossatoris filium dixisse, patrem admodum iuuenem scripsisse glos.in Institut.

Accursius quando in Institutiones scripserit.

4 ¶Sed vt ad institutum redeamus, eandem illam Azo.opin.secutus est ipse Accursius in l.ij. §.hæreditas, in verbo, in tres partes.ff.de suis & legit.hæred. Alter Azo discipulus Roffre.in titu.de bon.possessio.vnde cognati.§.vlti.versi.vltimò quæritur. Hostien.in Summa, titu.de success.ab intest.§.viso igitur, col.vlt.versi.quid si factũ filij. Vbert.aut vt alij vocant, Obert. Bob.in d.auth. cessante, C.de legit. hæredi. prout ab aliis citatur: neq; enim lectu.eius habemus, nec quorundam aliorum, quos & posteà citabimus, vt si necesse sit sententias omniũ numerare, magis quàm ponderare, (quod queritur Plinius iunior lib. Epistolarum secũdo, ad Arrianum: id est ponderare causas vocibus, non ratione, vt loquitur Cicero in Oratione pro Cecinna. Quod & Plato quoq; apud Stobæũ sermone xliij.improbat: Ἐπιχειρῶμεν δὲ εἰμαι δεῖ κρίνεσθαι, ἀλλ' ἢ πολύφρεν τὸ μέλλον καλῶς κριβόσεσθαι, id est, Iudicandum est secundũ scientiam, non multitudinem, quicquid certè iudicari debet) vt si inquã numerare opus sit, cognoscãt Lectores, vtra earum numero vincat. In hac igitur sententia fuit, & Alber.in d.auth.cessante, vbi & Oldr.dicit fuisse in hac sentẽtia, & Guid.Suz.in quibusdam reportatis, vt vocãt, & Cyn.& Bal.in l.j.§.vlt.ff.si pars hæred.peta. Iac. But.Bal.qui hanc dicit esse magis cõsonam literæ & naturæ, licet aliàs consuluerit pro altera, & Sal.qui hanc dicit fortiorib. argumentis fundatam, in dicta auth.cessante. Idem Sal.in auth. post fratres, la ij. & ibi quoq; Ioan.à

Qui item fuerant illius prioris sententiæ.

Monte

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Monte, C. de legit. hæred. & ipse Sal. in l. lege, in fi. eo. tit. Iac. Bel. in c. j. in fi. tit. de natur. succes. feud. Bal. cõsi. cccclij. statuto ciuitatis maritus, col. j. vers. ex tertio, li. j. Iac. Ardiz. in Summa, tit. de succes. in feud. § §. item succedunt collaterales. Mart. Laud. in d. c. j. col. vlt. tit. de gradi. succes. in feud. Bened. Capra. consi. xxj. cum de duobus, col. vlti. vbi & hoc dicit communiter teneri, in quo admodum fallitur, & iterum cons. ciiij. viso & considerato, in j. dubio. Ang. Aret. in §. cùm filius, Instit. de hæredi. quæ ab intest. defer. vbi hanc dicit esse veriorem de iure quamuis si casus accideret, vereretur discedere ab opin. glo. Bart. & Bal. qui contrarium tenent, propter immensam eorum autoritatem. Fortu. Guar. in repetit. l. Gallus, §. idẽ credendum, col. xix. versi. ex superioribus, ff. de libe. & posthum. vbi hanc latissimè doctissimeq; defendit Zasius in suis singu. intellect. iuris: vbi & hanc multis magnisq; rationibus fulcit, atq; iterum in epitome feudorum parte viij. in vj. conclusione, vbi dicit, hanc opinionem seruari in Germania, & approbatam fuisse constitutione Caroli Quinti, præsentis Imperatoris, in eam rem edita in conuẽtu Imperij, vti etiam affirmat Ioa. Ferrarius in commẽtar. Instit. tit. de hæredit. quæ ab intest. defer. in verbo, non in capita, sed in stirpes, in fin. vbi & dicit eam constitutionem editam fuisse anno Domini M. D. XXIX. & nouissimè Iac. Spigellius in lexicon Iuris ciuilis, in verbo, in capita succedere, & Ferro. in consuetud. Burdiga. hoc tit. §. vj. col. iij. versic. de successione. Et hanc quoq; opinio. secutum fuisse Bul. & Ray. Forl. tradit Bal. in cap. j. in princ. tit. de succes. feud. & dicit idem Bald. in d. c. j. tit. de natu. succes. feud. quòd omnes, qui fuerunt ante Accursium, tenuerunt hanc opinionem. Et citatur quoque in hanc opinio. Albe. Papi.

Qui cõtrà tenuerunt illos in stirpes succedere.

§ ¶ At sunt multò plures alterius sentẽtiæ, vt scilicet ij succedunt in stirpes, videlicet ipse Accurs. sibi contrarius, in d. auth. cessante, & ibi quoque Dy. Iac. Are. Pet. Cy. sibi quoque contrarius. Guil. Cu. Fran. Rampo. Io. Fab. Bart. qui dicit hanc fuisse ex opinionibus, in quibus Accursius primùm desciuit à maioribus, illumq; in hanc partem consuluisse, Bene. Plumb. Ang. qui dicit opin. Azo. de Iure antiquo securiorem esse, sed hanc de iure nouo procedere, & communiter practicari. Pau. Cast. dum hãc ponit posteriorem, alioquin obscurius. Rap. Fulg. & Corn. qui & hanc dicit, tanquam communem, in decisionibus tenẽdam, C. de legi. hære. idem Accur. in d. l. lege, in fi. C. eo. tit. & in d. l. j. §. vlt. in verbo, vtputa, & iterum in verbo, vendicationem, & ibi etiam Bart. Ang. & Pau. Cast. clariùs, quàm suprà, ff. si pars hæred. petat. idem quoq; Accurs. in §. reliquum, versi. si autem defuncto, in verbo, fuerint, & ibi etiam Iaco. Butr. secum pugnans, Bart. & Ang. in Auth. de hæred. ab intesta. veni. idem Iaco. Butr. Iac. Belui. sibi etiam contrarius, & Ang. in §. si verò neq; fratres, eo. tit. Iaco. Are. in l. antiqui libero, ff. si pars hæred. petat. Spec. Io. And. & Bal. hic, vt alias sæpe, sibi male constans, in tit. de success. ab intest. §. j. versic. sed an filij, & sequ. vbi & ipse Specu. asserit Albert. Gal. idem tenuisse. Dyn. in tracta. de succes. ab intest. col. iiij. versic. sed pone quòd aliquis. Andr. Iser. in c. j. & ibi quoq; Bal. in versi. his verò. Mart. Laud. & Card. Alex. tit. de succes. frat. siue de grad. succes. in feud. Bart. in l. post consanguineos, §. hæreditas, quem legit cùm §. agnati, & ibi quoq; Ang. ff. de suis & legit. hæred. & consil. clxxiij. super hæreditate. Ioan. Ligna. in clemen. plures, & ibi Imo. col. vltima, & Cardin. Floren. qui hanc dicit communiter approbari, colum. primà, de iure patron. Bal. in d. §. hoc etiam, & ibi etiam Ioannes Plat. & Christo. Por. Institut. de legit. agna. succes. vbi & ipse Bald. dicit hanc esse communem opinionem, & idem Bald. qui idem dicit tenuisse Iacob. Vero. in cap. j. §. & quia vidimus, col. j. in verbo, æqualiter, & ibi etiam Marti. Laud. col. vlt. & Card. Alex. etiam col. vlti. tit. qui feud. dare poss. & idem Bald. in d. cap. j. in princ. col. ij. versic. sed dubium est. & ibi etiam Aluar. titu. de succes. feud. & ipse Bald. in d. capit. j. ad fin. & ibi quoque Barba. in addit. ipsius, & Mart. Laud. titu. de natur. succes. feud. & idem Bald. in dict. §. hoc etiam, Institut. de legit. agna. succes. & consilio ccxciij. primò dicam, in princip. lib. ij. & consilio cccxlij. casus super quo, in ij. dubio, lib. ij. vbi tamen obscurè loquitur, & consilio clxxxv. factum est tale, Fagonus, col. ij. lib. iij. & d. consi. cxcviij. ad euidentiam, col. j. versi. secunda quæstio, & iterum col. ij. versi. venio ad tertiam, eod. lib. iij. & consi. cccciij. super eo, in fin. lib. iiij. Ioan. Fab. in §. cæterùm, Instit. de legit. agna. succes. vbi hanc quoque dicit communem, Imo. in l. interdum, in princip. ff. de hæred. instit. Raph. Fulgos. consilio xij. ad id, de quo quæritur, col. vlt. vbi & hanc dicit communem. Mathes. in tracta. de succes. ab intest. in iij. arti. princip. versi. secundò dubitatur, & versic. quando autem succedunt: vbi item dicit communem, & vtrobique etiam Ludo. Bol. in addi. vbi ita dicit se consuluisse. Nico. Vbal. in simili tracta. in iij. parte princ. col. j. versic. sed circa hoc quæro, vbi etiam dicit communem. Petr. Ferra. titu. forma libel. pro hæred. ab intest. in verbo, nullisque superstitibus, col. xiiij. in paruis, versic. vlterius quæritur. Alexander latè consilio lv. prospectis his, columna iij. versi. confirmantur prædicta, & multis seq. lib. iiij. & ibi etiam Barba. consilio quod illud continenter sequitur sub eodem numero. & idem Alexan. consil. xxix. perspectis consideratisque, col. j. lib. v. vbi & hanc asserit esse communem, nec ab ea in iudicando esse discedendum. Francis. Aretin.

consi.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

consi.clxiiij.diligenter,col.j.Corn.cõsi.xlviij.pluribus,col.vlt.lib.j.Guid.Pap.decis. Delph. cxxxiiij.sed qualiter,vbi dicit nõ esse ab hac iudicando recedendum Ias. consi. clxxiij.circa primum,col.ij.versi.sed præmissis non obstantibus,lib.iiij.Phil.Dec.qui & hanc dicit communem,in l.nepotes,in princip.C.de legi.liber.Caro.Ruin. qui & hanc dicit esse communem,consi.viij.in proposita,ad fin.lib.j.Benedic.in repeti. c. Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelasiam,nu.631.de testa.Steph. Bertrand. in l.hac edictali,versic.quam obseruationem,nu.4.C.de secun.nupt.vbi hanc dicit esse communem,& consi.xcvij.ponitur in facto quòd dudum anno,in ij.dubio,lib.j.& consi.exponitur in facto quòd Iacobus,eod.lib.j. & consil.ccxxv.ponitur in facto quòd dudum fuit,ad fi. lib. iij.vbi tamen nonnihil dubitat. & consi.ij.viso consultationis themate,in ij.dubio,lib. iiij. vbi dicit esse communem. Iaco. à S.Georg.in tracta.feud.in verbo, præsentes,col.iij.versic. sed vlterius,vbi dicit ita se sæpius consuluisse.Fran.Cur.iunior in simili tracta.feud.char.3.versic.quartò circa istam materiã: vbi item dicit esse communem,nec ab ea discedendum. Boër. latè consi.incip. an filij duorum:quod consi.posuit post Dy.de reg.iur.Rochus Cur.in tracta.de Iure patr.in verbo,ipse vel is à quo causam habuit,in ij.quæst.Fab.Gioch.in repe.authen.nouissima,in v.quæst.iiij. quæst.princ.C.de inoffi.test.Chasse.consi.xlvij.super deductis,col.vij.vers.sed quicquid sit. Ioan.Olden.in commentariis leg.xij.tabularum,tit.vj.

6 ¶Et omnium sunt vtraque ex parte multæ & non contemnendæ rationes, quas apud eos videre poteris: & hanc controuersiam alicubi in loco opportuniori copiosissimè tractabimus,ostendemusque apertissimè,ni fallor, quis iustiùs induit arma. Vnum tamen παράδειγμα à natura ipsa profectum nec omnino quoque contemnendum pro posteriori opinio.hîc subiiciemus.Nam si caudex quispiam siue truncus arboris duos ramos æquales emiserit, vnus autem eorum in duos alios diuisus sit, vt plerunque fit, an singuli isti duo ex vno producti tantùm excipiant alimenti succique ex eo trunco,siue caudice,ac ille alter? Et sanè videmus hunc multò crassiorem, ampliorem,obesiorem, atque etiam longiorem euadere,quàm singulos illos duos: veluti natura legis magistra parensque nos doceat singulos nepotes, qui ex vno filio prodierunt, non tantùm debere ab auo percipere, quantum vnus ex alio filio. Satis autem constat, naturalem rationem tacitam quandam legem esse, l. cùm ratio,ff.de bonis dam.Sed ita vt id nunc tamen animaduertas, si id exemplum haberet aliquid momenti, non tantùm in hoc casu, sed semper aliàs concluderet,in stirpes,non in capita, succedere oportere.

Naturale exemplum, pro posteriore sententia.

§. DVODECIMVS.

T SI LEDICT achepteur,qui ainsi auroit receu au retraict autre lignagier,ou auroit transporté la chose à autre, [a] ne declaire & nomme celuy qu'il auroit receu audict retraict, ou autre,à qui il auroit transporté la chose, & ne le notifie au lignagier qui vient audict retraict: iceluy lignagier en peut auoir son recours & action contre luy, & son interest. Et ne court point le temps [b] dudict retraict contre luy,iusques à ce qu'il soit & puisse estre informé qui est celuy a qui ledict achepteur a transporté la chose, & à qui elle appartient. Pourueu toutesfuoyes qu'il n'y ait negligence notable [c].

QVOD SI emptor qui vel alium consanguineum ad retractum admiserit,aut rem alteri cesserit [a], non indicet nomen eius quem ita admisit, eúmve cui rem cessit,consanguineo qui ad retractum accedit, erit ipsi cõsanguineo aduersus illum actio in id quod interest. Neq; interim eidem consanguineo currit tempus [b] retractus,donec sit aut possit fieri certior, cuinam emptor rem cesserit, aut ad quẽ ea pertineat: dummodo tamen non interuenerit insignis negligentia [c].

TRANS

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

1 *Verum emptor tēpore retractus nondũ trãsacto, possit rem alteri vendere.*

POTEST ergo emptor, durante anno retractus, rem alij vendere: est enim dominus, antequam ab eo retrahatur: cùm interim non possit manere res in pendenti. siue in aëre, vt nostri loquuntur, iuxta not. per glo. in l. si ego, ff. de solut. & per text. in l. si ex duobus, §. sed & Marcellus, ff. de in diem ad. Ideò si primus venditor erat dominus, ipse emptor alteri vendendo & tradendo, transtulit dominium: si non erat dominus, transtulit vsucapiendi conditionem: atq; vsucapit emptor ad commodũ consanguinei postea retrahentis, arg. l. si alienam, ff. de dona. cau. mort. & l. indebiti, §. sed si nummum, & quod ibi voluit gl. in verbo, agerem, ff. de condi. indeb. Hæc Pau. Castr. consi. lxxiiij. in causa mota per dominam Dorotheam, post princip. lib. ij. & de hoc alibi quoque dicemus.

An possessio emptoris cedat commodo cōsanguinei retrahentis.

¶ Sed cessante consuetudine poterat in dubium vocari, vtrùm consanguineus posset retrahere à secundis emptoribus, propter id quod in simili traditur à Raph. Fulg. in l. si cùm venderet, ff. de pigno. & Alex. latè consi. x. videretur fortasse, lib. j. & Fran. Cur. Senior consi. xij. Lucius Titius, cum concord. à me adductis infrà tit. seq. §. j. in verbo, *seront preferez*, num. 6. at in pacto, & seq. & iterum §. iij. in glo. j. tamen in hoc casu posse retrahi à secundo emptore voluit Masuer. hoc eodem tit. de retractu, versic. item retractum petens: motus, quia id ius rem ipsam afficit, arg. l. si via, §. si fundus, ff. de serui. rusti. præd. & melius (inquit) facit l. sed vbi restitutio, ff. de minori. & l. postliminiũ, §. si is qui emerat, qui est pen. ff. de capti. & postlim. reuer. Idem quoq; consuluit Pau. Cast. d. consi. lxxiiij. col. iij. versi. concluditur ergo, lib. ij. & Ludo. Bol. consi. xxv. in amplissimo, col. v. versic. & nota quòd tale ius. vbi dicit, quòd si etiam res vendita transiisset per mille manus, posset tamen consanguineus eam vendicare ab vltimo emptore, ar. eius quod in simili not. in l. ij. C. de rescin. vendi. & in l. minor, in prin. ff. de euict. & in l. in causæ, in fin. ff. de minorib. & sequitur Chasse. consi. xxij. consuetudine cauetur, col. v. versi. & sic est, & in consuet. Burgund. hoc eod. tit. §. xj. in glo. vlt. in princ. vbi tamen nullum illorum allegat. & Boër. hoc quoque tit. §. ij.

2 *An consanguineus possit retrahere à secũdo emptore.*

Quid, si res transierit per multas manus.

3 *Consuetudines de ea re.*

¶ Et est etiam expressa consuetudo Aruernorum hoc eod. tit. c. xij. & Normanorum, c. cxv. cuius titulus est, *de querelle de fief vendu*, §. vlt. Marchianorum. hoc tit. §. vl. qui est omnium cclxxxvij. Auxerranorum, siue vt alij vocant Altissiodorensium, hoc quoq; titu. §. xx. qui est omnium lj. & Comitatus Burgundiæ tit. *reachapt*, §. xiij. Et facit bonus tex. in c. cōstitutus, de in integ. resti. qui dicit huiusmodi retractus oblationem fieri posse emptoribus, vel eorũ successoribus. Successores autem dicuntur etiam ij, qui in rei tantùm dominium successerunt, l. fluminum, §. adiicitur, ff. de damno infecto, cum similibus. Et facit etiam textus in l. vlt. §. j. ff. ad S. C. Vellia. & in l. debitor, vlt. ff. de pign. actio. Et idem de iure prælationis competente domino, aut eius cessionario, vt in tertium exerceri possit, respondit Pau. Cast. consi. cccxxxv. laudatio & inuestitura, in vlt. dubio, lib. j. sed tamen vide quæ dicam in d. tit. seq. vbi suprà.

Successores qui dicuntur.

4 *Quid, si tertius rem habeat ex donatione, aut alio titulo, retractui non obnoxio.*

Quid, si post præuentionem.

¶ At hoc à quibusdam intelligitur, cùm iste tertius emit rem, de qua agitur: secus si titulo donationis, aut alio non obnoxio retractui ab emptore habuit: quia tunc (vt illi dicunt) non poterit consanguineus ab eo reuocare. Ita enim tenuit expressim Sebasti. Neapoda. in tracta. de Iure congrui, in verbo, possedit. & eius autoritate Matth. Affli. in tract. Protomixeos, in verbo, vt intra xxx. dies, col. pen. versi. vndecimò no. & iterum in verbo, licet enim suprà diximus, col. iij. versi. sextò not. Nisi (inquiunt) facta fuerit donatio, postquam causa fuit contestata super retractu inter consanguineum & emptorem, & ita re effecta litigiosa, l. ij. & auth. ibi posita, C. de litigio. Vel nisi (vt illi subdũt) id factum fuerit in fraudẽ consanguinei: tunc enim locus est tit. quę in fraud. cred. Et fraus præsumitur, si præuentus à consanguineo posteà donauit, l. si quis posteà, ff. de iudi. Vel si id fiat clam, l. is qui, C. de rescin. vendit. vel si post donationem, alienans reperitur possidere, l. sicut, §. superuacuum, ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. Hæc illi.

5 *Quid, si clam fiat.*

Quid, si emptor qui donauit, possideat.

¶ Sed horum sententia, in eo quod primo loco dictũ est, scilicet non posse rem retrahi ab eo, qui titulo donationis, aut alio huiuscemodi rẽ ipsam ab emptore accepit, apud nos omnino nõ reciperetur. Nihil enim refert, quantũ ad id de quo tractamus, an tertius ille habeat titulo donationis, an venditionis, vt apertè sentiũt cæteri omnes, quos suprà citauim[9]. Imò verò maior videtur ratio, vt possit euinci retrahiq; ab eo, qui titulo gratuito liberali & lucratiuo rem ipsam ab emptore obtinuit, quàm oneroso, vt qui minus ex hoc sentiat incōmodi. Ideò Sebast. & Matthæ. non innituntur aliquo iure communi, sed tantùm quibusdam cōstitutionibus, quæ apud nos non sunt. Quanquàm pro eorum sententia nonnihil facit, quod à quibusdam

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

busdam Doct.scriptum est in l.ij.C.de rescin.ven. eam l.non habere locũ aduersus tertium, nisi cùm in illorum contractu interuenit læsio vltra dimidium iusti pretij,vt in primo.Super eo autem,quod ab illis dictum est de venditione clàm facta, vide quæ dicam infrà tit.seq.in præfat.nu.12.secundum,& seq.Et super eo, quod posteà dictum est de alienãte nihilominus possidente,vide etiam quæ latè diximus in tractatu Constituti.in ix.limitatione.

6 ¶Sed quæstionis est, an consanguineus debeat reddere pretiũ prioris vẽditionis factæ à suo ipsius cõsanguineo:an verò pretiũ secundæ, quod fortè maius est.Et tu dic prioris:sed posterior emptor habebit actionẽ ex empto aduersus priorẽ emptorem, qui ei vẽdidit:vt in simili dicitur in d.l.postliminium,§.si is qui emerat,ff.de capt.& postli.reuer. & in simili quoq; voluit Pau.Ca.in l.iij.col.ij.versi.in fi.gl.C.quod met.cau.Et nuncupatim in nostro casu cẽsuit Geral.Bago.in sua disput.retractus,versi.quæro consequenter,rem Titio venditam,in ij.conclusione.Et in hanc sententiam est expressa consuetudo apud Melodunenses,c.xxxv. & Victriacenses,c.cxxvij.Cenomanẽses,c.ccccxj.Andegauenses,c.cccc.Borbonienses,c.ccccclx. vbi tamen requiritur consanguineum fecisse suam diligentiam(vt vulgò loquimur)erga emptorem.Blesenses,c.ccv.vbi tamen non loquitur de euictione. & similiter Niuernenses hoc tit.c.xiij.Et vide text.loquentẽ in non longè dissimili casu in l.si tibi alienam, & l.seq.ff.loc. & alium in alio simili in d.l.debitor,§.vlt.ff.de pigno.actio.ibi,pecuniam quam debuit.

An consanguineus teneatur reddere pretiũ primæ venditionis, an aliarũ.

An posterior emptor habeat euictionem cõtra priorẽ.

7 ¶Sed hoc de euictione intellige,nisi prior emptor posteriori declarauerit rẽ adhuc esse obnoxiam retractui:aut ipse secundus emptor eius rei sciens prudensq; fuerit,quia fortè fuerit præsens priori venditioni:ideò id sciebat aut scire debebat ex cõsuetudine nota lippis & tonsoribus,vt est in veteri prouerbio,quo è nostris vsus est Bald.cons.ccclxxij.contrarium,col.j. lib.v.Nec enim tunc aget de euictione,nisi de ea expressim conuenerit,l.si fundum,& ibi gl. & Doct.C.de euict.& l.si à matre,& ibi gl.& Doct.C.de iure dot.& l.si fratres,C.commun. vtriusq; iud.& l.vlt.& ibi glo.& Sal.C.com.re.ali.& glo.in l.non dubitatur,C.de euict.& in l.j.in verbo,emptor,ff.eod.tit.& in c.ad audientiam,in fi.extrà de reb.eccle.non alie. Bart.in l.cùm vir,col.j.vers.oppo.dixi.ff.de vsucap.Bal.Aluar.& Card.Alex.in c.rursus si fidelis:vbi & ipsi loquuntur de euictione in casu huic propè simili, tit. quib.mod.feu.amit.Sal.in auth. qui res,versi.quæro circa primam.C.de sacrof.eccles.Rapha.Co.cons.clxx. dominus Zambertus,col.vlt.Paul.Cast.cons.cccxxxiij.viso puncto,ad fi.lib.j.Alex.cons.lxix.super eo,post prin.lib.iiij.Corn.cons.clxx.quia causa,col.iii.versic.& venditor,lib.iiij.& Doct.vbique.Super quo etiam vide quod in simili tradit gloss.in c.j.in prin.in verbo, bonæ fidei, & ibi etiam Docto.tit.de prohib.feud.alienat.per Fed.& in l.vlt.§.vlt.C.commu.de legat.

Quid, si prior posteriori declarauerit rẽ esse obnoxiã retractui.

Quid si secũdus emptor id sciebat.

8 ¶Quæ & tu notanter intellige, etiamsi sciens à sciente quoque emit. nam nec tunc quoque agit de euictione,nisi de ea expressim caueat,vt satis probat text.in c.j.titu.de inue. de re ali. fac.& expressim respondit Ro.cons.cccxcvj.in casu,col.ij.versic.quò ad secundum. & Alex. consil.lxix.super eo quod quæritur,col.j.versic.nec etiam potest dici,lib.iiij.quia scienti (inquit)non fit iniuria neque dolus,l.cùm donatio.C.de transact. & l.j.§.j. & iterum §.vlt.ff.de act.empt.vbi & de hac quoque re est bonus text.& idem quoque voluit Angel.Aret.in §.vlt. col.j.in princ.Instit.de empt.& vendit.vbi etiam tractat,an saltem poterit emptor sciens repetere pretium à venditore etiam sciente.De quo & tu vide Ioan.Lupum in repetit.rubr.de donat.inter virum & vxorem,char.37.col.j.ad finem.

Quid, si sciens à sciẽte quoque emit.

9 ¶Et ad id, quod diximus de eo qui scire debet,illud certè perpetuũ est, vt inspiciatur quod quis scire & intelligere debet.Id est paria sunt scire,& scire debere,l.quod te, in fi.& ibi glos. Alb.Bar.Bal.Ang.Sal.& propè omnes,ff.si cer.pet.& l.si duo,& ibi Albe.Ang.{& Ro.in fi.} ff.de acqui.hær.ex quibus ipsi dicũt paria esse scire,& facilè scire posse,& l.si Titius,in prin. ff.de fideiuss.& l.Iulianus,quæ est pen.ibi,qui sciret aut scire potuisset, & ibi Albe.ff.ad S.C. Maced.& l.quisquis,& ibi glo.vlt.C.de rescin.vend.& l.idem,§.j.ibi,intelligit vel intelligere debet,ff.ad leg.Aquil.& l.qui fundum,§.seruus,& ibi Dy.& Alb.ff.pro empt.& l.j.C.de peric.tuto.& l.prohibere,§.vlt.& ibi Alb.ff.quod vi aut clàm.& gl.in l.mora, in verb.difficilis, post prin.& ibi Sal.col.iij.vers.prosequor alia verba,ff.de vsur.Et facit text.in c.j.§.si vasallus feudũ,ibi,emptori ignorãti,& ibi Aluaro.in j.not.tit.si de feud.fue.contro. inter do.& agna. & quod scribit gl.in l.quòd si mmor,§.restitutio,in verbo,non ignoraret, ff.de minor. & in l. qui cum alio,in gl.magna,in fi.ff.de reg.iur.vbi dicit parem culpã esse scire, & debere scire. & Pet.Iac.tit.de act.ex empto,melior & æquior,col.vlt.in prin.Bal.in l.qui contra,C.de incest.nupt.vbi dicit eum haberi pro sciente,qui non vult scire.& consi.ccxl.præsupposito statuto,lib.ij.& cons.cccxcv. pro domino Dinaldo,col.ij. versic.vnum tamen dico,eodem lib. ij.& Paul.Castr.consi.lxv.viso quodam libello,colum.ij.versic.item narrari debebat, lib.j.& Alexand.consil.xxxiiij. consideratis his, col.j.lib.vij. Et facit etiam optimus text.à multis ex

Paria sunt scire & scire debere.

Et nolle scire.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

suprà dictis allegatus in l.si quis domum,§.vlt.ff.loca.& alius quoque optimus in l.regula,§. sed iuris,ff.de iur.& fac.igno.vbi paria sunt scire,& facilè scire posse.Suntq; & alij propè infiniti textus,qui omnibus obuij sunt.Sed & facit prætereà,quod tradit glo.in l.j.in verbo,nescienti,& ibi Bald.col.ij.versicu.quæro quid si venditor,C.de ædil.act.& quæ diximus suprà eod.tit.§.j.gloss.xviij.quæ est in verbo, *le pris que la chose aura cousté*, num.41.huic ita,& quæ dicemus infrà §.xxxv.in verbo,*ignorans*,num.28.sextum quod in casibus,& seq.

10 *Sed an illis postremis casibus repetet saltē secundus emptor pretium eius quod pluris emit.*

¶ Et hæc quidem haud dubiè ita obtinent, vt primus emptor non teneatur de euictione, in id quod aliâs interest secundi emptoris,ne ab eo res retrahatur,vt regulariter venditor tenetur,l.euicta re,ff.de euict.sed quantum ad pretium,in id videtur teneri, vt ipsum reddat, per l.emptorem,§.vlt.ff.de actio.empt.vbi qui etiam ex pacto non tenetur de euictione,tamen tenetur ad restitutionem pretij,nisi etiam actum sit,ne teneatur de pretio, vt dicit gl.ibi quam glo.dicit not.Bald.in l.j.colum.vlt.versiculo,tertiò non operatur,& ibi quoque Sal.columna quoque vlt.in v.quæst. C.de peric.& commod.rei vend.Sed & illum tex.dicit not.idem Sal. in l.si rem,§.quolibet tempore,ff.de euictio.& Ioan. Raynut.in cap.primo,§.habito,char.13. versiculo,quæro quid si actum est,tit.de prohibit.feud.ali.per Feder.Angel.Aretin.in §.vlti. Institut.de empt.& vendit.& in §. actionum autem, columna xiij. versiculo, & aduertas, de act.Et singul.quoque eum text.dicit Iasōn in l.stipulatio ista habere,columna penul. versic. & aduerte,ff.de verbor.obligat.licet similis propemodum sit in l.cùm ea conditione,in princip.ff.de euictio.Et id quoque voluit gloss.in dicta l.non dubitatur, & ibi etiam Alberic. C. de euictio.& in l.si familiæ,in glo.magna, ibi, sed hoc casu. C.famil.erciscun.vbi id limitat. & Ioan.Andr.post alios multos Antiquiores in addit.Specula.tit.de empt.& vendit.§.vlt.in princ.Petr.Ferra.tit.forma libel.in causa vendi.in verbo, promittens de euictione, in princ. & latè Corne.consil.ccxxvj.in præsenti, lib.ij.

Quid si actum sit,ne & is teneatur de pretio.vide nu.4.

11 *De cadēre.*

¶ Verùm nec hoc casu,videlicet cū scienter emit rem hiuscemodi,videtur agi posse,ad pretium,nisi de eo stipulatus fuerit,per d.l.si fundum,& ibi gl.& Doct. C.de euict.& gl.& Bal. in d.l.non dubitatur,& gl.in l.iubemus,la ij.§.sanè,& ibi Iac.Bu.Bal.& Sal. C.de sacr.eccle. & gl.in d.l.vlt.C.de com.re.ali.& in l.quemadmodum,in verbo,& emptor,& ibi Ioan.Plat. col.iij.versic.ex qua not.C.de agri.& censit.lib.xj.& in l.vlt.in gl.vlt. C.de fun.limit. eodem lib.xj.& in l.j.in gloss.quoque vlt.C.non lice.habit.eodem lib.& in §. si quis igitur iurauerit, in Authen.de non alien.& in cap.j.in verbo,bonæ fidei,& ibi Iacob.Bel. in xj.quæst.Martin. Laud.Ioan.Raynut.in §.habito,& cæteri,tit.de prohib.feud.alien. per Fed.& glos.in d.c. ad audientiam,in fin.& ibi Laurent.Vincen.Gof.Inno.Petr.Perus.& Cardin. Florent.extrà de rebus eccles.non alien.idem Innoc.& Ioan.Cald.in capit.si quis presbyterorum,eodem tit. Paul.Eleaz.in clementina secunda,eodem quoque tit.Sal.Rapha.& Paul.Castr. in authen. qui res.C.de sacrosanctis eccles.Petr.Ferra.vbi suprà, Mart.Laud.in capit.j.§.sed etiam res, colum.ij.versic.nota pulchram,tit.per quos fiat inuesti.& omnes vbique,præter Ange.Aret. qui videtur tenere contrarium,in d.§.vlt.col.vlt.Inst.de empt.& vendit.

12 *Quid, si quis emerit contra interdictum legis, an re cuperabit pretium.*

¶ Sed quod de stipalatione dictum est, intelligi debet, nisi si quis contra interdictum legis emerit:tunc enim nec ad pretium quidem agit, etiamsi sibi stipulatione prouiderit, vt dicit gl.in d.c.j.de prohib.feud.alie.per Feder.quam sequitur Bald.col.vlt. Iacob. Aluaro.col.iij. versic.quæro subsequenter.Ioan. Ray.ibi in versic.habito,charta 14.in paruis,versicu.quæro quid si cautum,& Cardin.Alexand.col.ij.versic.nota quòd solus,& colum. seq.versic. quæro subsequenter,& Andr.Isern.in cap.j.& ibi quoque Mart. Laud. & Card.Alexan.vterque col.j.tit.de inue.de re alien.fac.& dicit Mar.id esse not.& Ioan.Fab.in d.l.si fundum. Quanquàm gloss.teneat contrarium in d.l.quemadmodum : quam videtur sequi Cyn. in l. vlt. C. de litig.Sed tu vide Sal.in l.iubemus,la ij.§.sanè,C.de sacro.eccles.& Card.Florent.in cle.j. in princ.in xxv.quæst.de reb.eccles.non alien.& Ange. Aret. in d.§.vlt.col.j.Instit.de empt. & vendi.& Anto.Rub.consil.clij.videretur primò,colum.j.numer.2.& 3.

13 *Quid in re subiecta restitutioni.*

¶ Sed & hæc procedunt, cùm sciens rem alienam emerit. Is enim (quod iam diximus)haud dubiè nec ad pretium quidem agit,nisi de euictione expressim conuenerit. Secus in eo, qui sciens emit rem venditoris subiectam restitutioni : tunc enim indistinctè agit ad pretium, etiamsi de euictione non sibi cauerit,per d.l.vlt.§.emptor autem, qui est vlt.C.com.de lega. secundùm vnam lect.glos.quam sequuntur Marti.Sy.& Ioan.Fab.ibi, Bald.& Angel.in d.l. si fundum,& ibi id tangit glo.in verbo,contra iuris poscit. post prin. De quo tamen vide gl. in d.c.ad audientiam.Bart.Salic.Raph.Fulg.Paul.Cast.Corn.in d.§.emptor autem, Imo.in c.cùm contingat,col.xij.versicu.sed iuxta prædicta insurgit,& multis seq.extrà de iureiur. & Rapha.Co.d.consil.clxx.in fi.& Ioan.Plat.in d.l.quemadmodum,col.iij.versic.item fallit in emente.Corn.consil.ij.circa primum,col.iij.versic.nec obst.d.§.& seq.lib.iij. Nam multi dicunt illud speciale esse in casu d.§.emptor.

Porrò

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

14 ¶Porrò vnum aliud non pretermiserim,id quod suprà diximus,venditorem re euicta teneri ad restitutionem pretij.etiam si ex pacto non teneatur de euictione,tum demũ procedere,si generaliter ita dictũ sit,eum non teneri de euictione. Secus si specialiter, ne teneatur ob aliquam certam causam:tunc enim re euicta ob eam ipsam causam,nõ tenebitur ad restitutionem pretij.per tex.not.in l.qui libertatis,in prin.& ibi gl.j.Mar.Fan.Bar. & Bald.ff.de euict. Bal.qui dicit menti tenendũ,in d.l.j.col.vlt.vers.tertiò nõ operatur,& ibi quoq; Sal.col.item vlt.in v.q.C.de peri.& cõmod.rei vend.idem Bal.in l.non dubitatur,C.de euict.post.Odof. & Cy.ibi,& Pau.Ca.in d.l.emptorem,§.vlt.ff.de act.empt.Ro.qui illum tex. sing.dicit sing. ccclxxxiiij. si vendo rem. vbi etiam intelligit, cùm specialiter de certa persona cautum sit.& Ang.Aret.qui etiam dicit sing.in d.§.actionum autem,vbi suprà.Carol.Rui.cons.xciiij.diligenter,col.v.vers.quartò etiam respõdetur,lib.j.& Ant.Burg. qui id quoq; dicit sing.in c.vlt. col.viij.vers.quid autem econtra, extrà de empt.& vend.Hippo.Marsil.sing.dclvj.vẽditor.& Carol.Molen.in consuet.Paris.titu.j.§.j.glo.viij.numero 41. & Francisc.Ripa in l.si aliquam rem.col.pen.nu.47.ff.de acquiren.pos.Ex quo intelligis,quòd si expressim & specialiter cautum sit in hac secunda venditione,ne venditor,qui prius ab alio emerat,teneatur de euictione retractus prioris venditionis,tunc haud dubiè nec ad pretium quidem teneatur. Nec tamen interim omittemus, quod ad hanc euictionis materiam pertinet,etiam si nihil ad retractum faciat, quod pactum ne quis de euictione teneatur, non ei prodest,qui scit causam ex qua res posteà euincitur,& eam tacet.l.tenetur,§.vlt.& ibi Barto.ff.de act.empt. & d.c. emptorem, §.denique,eod.tit.nam vt dicitur in posteriori loco,hic dolo non caret.

Quid si specialiter dictum sit,ne teneatur ob causam retractus.

15 ¶Sed hæc obtinent,cùm secundus emptor pluris emit,quàm prior emerat.Quid igitur,si minoris emit? Verbi gratia, Titius cõsanguineus meus tibi vendit rem quampiam immobilem centum aureis.Tu intra annum,quo poterã rem eandem retrahere,eam ipsam vendis Sempronio sexaginta tantùm aureis, vtrùm ego, qui volo retrahere ab isto Sempronio secundo emptore,debeam restituere illud pretium prioris venditionis, quod est centum aureorum, an verò pretium tantùm posterioris,quod est sexaginta? Quod quidem statim prima facie videri posset.Nam aliàs iste secundus emptor sine vlla ratione lucrabitur quadraginta aureos, vltra illos sexaginta ab eo tãtùm numeratos:nisi diceres & hos priori emptori,quòd indemnis reddatur, esse restituendos : nam & aliàs secundus emptor locupletaretur cum iactura ipsius prioris emptoris,contra l.nam hoc natura,ff.de condict.indeb.

Si secundus emptor minoris emit, quàm prior emerat, quod pretiũ reddet consanguineus.

16 ¶Posset item videri integrum prioris venditionis pretium esse restituendum secundo emptori,à quo res retrahitur. Nam vi prioris huius venditionis, & ad eam retrahendam venit consanguineus,vt scilicet eam in se transferat,seq; in locum prioris emptoris reponat.Ideoque vt non tenetur soluere,nisi pretium illius prioris,si posteà alteri pluris vendatur,vt diximus in præcedenti quæst.ita & si minoris posteà vendita sit,debet tamẽ restituere integrum pretium ipsius prioris,vt contrariorum eadem sit disciplina, vt multis legibus probatur, sed iis potissimum,quæ proximè ad hunc locum pertinent, scilicet l.si ex toto,in princ.& l.quod in rerum.§.si quis post,ff.de lega.j.vbi quemadmodum si testator aliquid ex toto fundo alienauit,id eatenus minuit legatum,quatenus alienatum est:sic si adiecit,auget ipsum legatum, eo quod adiectum est:ita vt id augmentum legatario cedat:sicuti id, quod sublatum erat, ei deperibat. Et l.vlt.in fin.ff.de legat.iij. vbi hæc verba scribuntur, Quomodo enim augetur, vbi amplius est in bonorum possessione:sic vbi minus est,deducitur. Ex quibus Barto.ibi illud assumit,quod operatur propositum in proposito:idem operatur oppositum in opposito. Et l.si mortis, in princip.ff.qui & à quibus, cùm dicitur, Nam sicut aucta hæreditas prodest libertatibus,ita nocet diminuta.Nam & sicuti iste secundus emptor, si sciens pluris emisset, id incommodum sensisset,vt quod suprà prius pretium dedisset,non accepisset à consanguineo:ita & id commodum sentire debet, vt id accipiat, quod est infra illud prius pretium: quia secundum naturam est,commoda cuiusque rei eum sequi,quem sequuntur incommoda,l.secundùm naturam,ff.de regu.iuris,& c.qui sentit,eod.tit.lib.vj. & vtrobique concord. in gloss.Quanquàm contra hanc rationem facit l.ea lege,in princip.ff.loca.

De eadẽ re.

Contrariorum eadẽ disciplina.

17 ¶Nec est,quod quæri debeat primus emptor, qui posteà minoris vendidit, quàm ipse prius emerat, cùm id sciens prudensque fecerit,l.cùm donationis, C.de transactio. & l.j.§.vsque adeò,ff.de iniuriis,& l.nemo fraudare, ff.de regu.iur. & ibi concord. quibus probatur illud vulgatum & vice prouerbij celebratum, Volenti iniuriam non fieri, neque dolum: quæ est Aristotelis sententia libro Ethicorum ad Nicomachium v.c.xj.eodemque vlt.At si ignorans id fecerit,vt quia non ipse prior emptor,sed hæres ipsius alteri vendidit,& quia adeò iustam habet ignorantiæ causam,l.qui in alterius.ff.de regu.iur.fortè dici posset,huic restituendum esse,quod posterior emptor suprà pretium à se numeratum recepit à consanguineo, sicut è diuerso restituere teneretur,quod supra idem pretium recepisset à secundo emptore, re euicta & retracta à consanguineo, restituto tamen pretio prioris venditionis, vt diximus suprà in præcedenti quæstione,idque ex eadem illa regula contrariorum.

De eadẽ re.

Quid, si hæres primi emptoris ignorans minoris vendidit.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

18 ¶ Quid igitur hîc dicendũ est? Et certè hæc res admodũ dubia est, cùm in re simili variarint principes nostrarũ legũ interpretes. Nã in l. si vi, quæ est iij. C. quod met. cau. scribitur, quòd si vi vel metu fundũ venditũ emptor alteri vendidit, vẽditor potest à secũdo emptore repetere reddito ei pretio. Et Accurs. ibi in eo verbo, reddito, quærit quod pretiũ restituendũ est: & dicit restituendũ esse primũ pretium tãtum, si minus est, arg. l. super, C. de euict. Quod si maius sit primũ illud pretiũ, quia scilicet secũdus minoris emerit, & illud quidem quod minus est, id est secundũ pretium, si agens volet, restituet. l. si cũ militaribus, C. de rest. mili. At Pet. Cy. & Raymun. in ead. l. iij. cõstanter tenent illud omnino restituendum, quod à primo emptore fuit datum, siue maius, siue minus sit: quia sicut illi, si contra eũ ageretur, illud primum pretiũ esset restituendũ: & ita quoq; secundo, in quem primus totũ ius suum transtulit, l. emptor, ff. de rei vend. & l. si in venditione, ff. de act. empt. & l. dolia, §. j. ff. de contrah. empt. Nec obstat (inquiunt) d. l. si cum militaribus, quia ibi speciale est, cùm creditor non remaneat in damno: quia sua sibi actio salua remanet ad residuum debitum, arg. l. creditor, ff. si cert. peta. Subditq; Cyn. post Petr. in iij. quæst. quòd si possessor rei non habeat causam à primo emptore, non est illi restituendum pretium, cùm id non ob aliud repetat, quàm quòd repræsentat personam prioris. Hîc autem, cùm nullam ab eo causam habeat, eum non repræsentat.

De principali quæst.

19 ¶ Bart. autem in d. l. iij. col. ij. versic. quæro quid si pretium, dicit, quòd si in instrumento venditionis dictum esset hoc modo: vendidit illam rem & omnem rationem, quam habet in dicta re, siue pro dicta re, vt sæpe fieri assolet: & tunc ea opinio Petri & Cyn. procederet. Sed si res esset simpliciter vendita, tunc non transit nisi ius reale: nam iura quæ competunt personæ, non transeunt, nisi cedantur, l. in creditore, ff. de euictio. Et ideò (inquit) puto aduertendum, quomodo à reo opponatur exceptio. Nam si is opponat, non debere se rem restituere, nisi & sibi restituatur pretium à se datum, tunc habet locum d. l. si cum militaribus. Quòd si opponat, restituendum esse pretium simpliciter, nec adiiciat, sibi, aut etiam adiiciat, primo emptori, optimè procederet huiusmodi exceptio: quia exceptiones ex persona venditoris transeunt in emptorem, l. si à te, in fine, & l. si mater, §. vlt. ff. de except. rei iudic. & hanc Bart. sententiam ad vnguem sequuntur Angel. Sal. & Rapha. Fulg. in d. l. iij. & idem Salic. in d. l. si cum militaribus, in vlt. oppo. Et ad hanc rationem adde quæ diximus suprà eod tit. §. j. gloss. ix. quæ est in verbo, *ou lignagier*, num. 129. his tamen non obstantibus, & seq.

De eadẽ re.

20 ¶ At Bal. in ea ipsa l. iij. circa med. dicit opin. Pet. esse veriorem, quia hoc ius retẽtionis, vt scilicet secundus emptor possit rem retinere, donec restituatur pretium, sapit defensionem. Ius autẽ defensionis transit in singularem successorẽ sine vlla cessione, vt plenè not. à Dy. in l. fluminum, §. adiicitur, ff. de dam. infe. & probatur vltra eum in l. in hoc iudiciũ, in prin. vers. cæterùm si partem, ff. commu. diuid. Nec obst. (ait) d. l. in creditore, de euict. sicut nec l. vlt. ff. de contrah. empt. quia loquuntur in iure agendi. Hincque subinfert ipse Bal. quòd si etiam iste tertius successisset ex causa lucratiua, vt quia ei primus emptor rem donauit, nihilò minùs esset ei restituendum pretiũ venditionis factæ ab actore. Aliud autem, si possessor nullũ titu. haberet ab ipso primo emptore, quia nullũ pretiũ ei esset offerendũ. Et per omnia eũ sequitur Pau. Ca. in d. l. iij. post med. sed addit, quòd id quod percipiet secundus emptor, plus quã ipse soluerit, tenebitur restituere primo emptori, vt omnes reponãtur in suo statu: quod voluit, vt ipse dicit, fieri gl. ibi in d. verbo, reddito, post prin. nisi ipse primus emptor ex causa donationis cessisset tertio omne ius, quod habebat occasione dictæ rei: non enim iste secũdus emptor aut donatarius debet lucrari cum aliena iactura. De quo tamen dicemus posteà.

Quid, si tertius habeat ex causa lucratiua, vide num. 23.

Quid, si non habet titulum à primo emptore, vide num. 23. & 24.

Si maius pretiũ priori venditionis restituitur, cuius commodo cedet, primi, an 2. empt. vide 23.

21 ¶ Postremò autem Alexan. in eadem l. iij. colum. j. & ij. iis propemodum omnibus ita recensitis, maluit sequi opin. Barto. & asseclarum illius, hac potissimùm ratione motus, quia licèt iura dicant, quòd ius excipiendi transit in singularem successorem, non tamen dicunt, quòd secundus emptor sine mandato possit consequi sibi dari pretium primi emptoris. Nec obst. (ait) responsio data ad dictam l. si cum militaribus, quia similiter & in hoc casu primus emptor poterit repetere per condictionem sine causa, aduersus primum venditorem, iuxta l. j. ff. de condictione sine causa. Et ita residet Alexand.

Iterum de causa lucratiua.

22 ¶ In eo autem, quod dictum est de re, quæ ad tertium peruenit ex donatione, aut alia causa lucratiua Bar. & post eum Sal. simpliciter tenẽt, idem dicendum, quod suprà ex ipsis diximus, quando res minoris vendita est secundo emptori. Nam & ius excipiendi etiam transit in successorẽ ex causa lucratiua, l. si tibi, §. pactũ, in fi. ff. de pact. Verùm in hoc nutat & cogitãdum relinquit Fulg. propter tex. in l. qui solidũ. §. j. ff. de leg. j. vbi si emptor legauerit rem à se prius emptam, & post mortem ipsius rescindatur venditio, restituto illius pretio, debet id pretium legatario solui, quamuis alias regulariter euicta re legata non teneatur hæres de euictione, l. si à substituto, in fi. ff. eod. tit. & plenius in l. si domus, §. de euictione, eo. quoque tit.

¶ Sed

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

23 ¶Sed huic Alex.ipse continuò occurrit,negatq; in d.l.qui solidum, §.j.dici quòd legatarius posit contra rescindentem contractum opponere de pretio sibi restituendo:imò potius contrarium,scilicet quòd hæredibus emptoris est reddēdum:posteà verò ab iis ipsis hæredibus, legatario,vt etiam intelligit gl.ibi,quæ dicit in hoc vtilem actionem ex testamento, vel officio iudicis competere legatario.Quod omnino facit(ne id omittam) cōtra illud,quod Paul. Cast.dicit,vt suprà ex eo diximus,quòd tertius debet restituere primo emptori id quod plus recepit,quàm quod ei dederat.Posteà autem idem Alex.multis interiectis, & in fi.illius l.dicit, quòd potest probabiliter sustineri, quòd licet in successore singulari ex causa onerosa posit procedere opinio ipsius Bartoli,cùm totum pretium primi emptoris non debeat peruenire ad secundum:tamen secus videtur in successore singulari ex causa lucratiua,per d.l. qui solidum,§.j.& hoc maximè causa euitandi circuitus,arg.l.dominus testamēto,ff.de condict.indeb.Sed & ipse Alex.sequitur id,quod diximus ex Pet.Cyn.Bal. & Paul.Castr.quod scilicet tertius,qui non habet causam à primo emptore, non repetit pretium: & respondet quibusdam rationibus,quæ ambiguum in hoc reliquerant Salic.vt ibi videre poteris.

De eadē re.

24 ¶Et ex his quidem omnibus potes hîc in nostro casu intelligere,quid dicendum sit,quando secundus emptor minori pretio emit quàm quo primus emerat, vtrùm scilicet ipsi secundo emptori, à quo consanguineus retrahit, restituendum sit pretium suæ secundæ venditionis tantùm,quod minus est:an verò primæ, quod maius est. Et cùm maius restituitur, vtrùm ei lucro cedat,an verò sit reddendum primo emptori.Quid item in vtroque.si iste secundus nō emit,sed ex causa lucratiua à primo habuit. Quid denique,si ab eo non habuit, sed aliunde, quia fortè ab alio emit,cùm res aliena vendi posit, l.rem alienam, ff.de contrahend.empti. cum simil.aut etiam rem ipsam, quam vacantem reperit, aut derelictam, occupauit. Sed & si præterea scire velis,vtrùm agens posit restituere pretium primo emptori inuito secundo, videbis per glo.in d.l.iij.in verbo, reddito, in princ. & ibi quoque per Bartol.Angel.Salicet. Fulgos.& Alexand.quos tu omnino videas.

An retrahens posit restituere pretiū primo, inuito secundo.

25 ¶Sed vltra prædicta quoque illud quæri potest, vtrùm si consanguineus rem euicerit retraxeritq; à secūdo emptore,restituto ei pretio,quod ipsemet tradiderat, ita vt eo nomine conqueri non posit aduersus primum emptorem, qui ei secundo loco maiori pretio vendiderat,poterítne alio nomine agere de euictione.Pau.Cast.in d.l.iij.colum.ij.versic. aduerte tamen,dicit in casu illius l.quòd si res pluris valebat,quàm fuerat ei vendita,& quàm à consanguineo retrahente recuperauit,potest in id agere de euictione, per l.Titius, §.vlt.ff.de actio. empt.vbi expressim scribitur,quòd actio de euictione non tantùm continet pretium, sed & aliud omne, quod interest emptoris rem non euinci. Ex quo etiam potes intelligere,quòd si aliter eius interesset,quàm ob illam pluris æstimationem, illud eum consecuturum. Vel vt subdit Pau.potest agi ad duplum,si fuerit promissum, deducto pretio quod recepit à consanguineo,per l.cùm fundus vti optimus,ff.de euict.Sed id tamen,quod diximus de æstimatione pluris,& eo quod aliunde interest, intellige secundùm ea quæ diximus suprà, in eadem glo.num.7.sed hoc de euictione,& duobus sequent.

An secundus emptor qui recepit pretiū,possit alio nomine agere contra primum.

26 ¶Nec tamen hinc abeundū ducimus,priusquàm Lectores admonuerimus,quòd ex hac nostra consuetudine satis datur intelligi, consanguineum facta ei declaratione venditionis alteri factæ,non posse vlterius sequi primum emptorem,sed postremum. Quod & de iure dicit procedere Paul.Cast.consil.lxxiiij.in causa mota per dominam Dorotheam,col.iij. versi. concluditur ergo,lib.ij.per l.quod sæpe, §.si res, circa med.ff.de contrahend.empt.& l.cùm fundum,§.seruum tuum imprudens,& ibi glo.vlt.ff.si cert. petat. Quanquàm Cæpolla causarum ciuilium consil. lxv.quod dominus Hieronymus, tenet in casu similis statuti, quòd primus emptor conueniri potest, teneturque rem vendere & tradere consanguineo: nam vendendo(inquit)alteri,videtur facere in fraudem,& male facere,argu.l.vlti.§.sinautem,C. commu.deleg.ergo & ipse conueniri potest,l.j.C.de ali.iudic.mut.cau.fact.& allegat etiam gl.in l.ij. C.de rescind.vend.Non negat tamen aduersus vtrunq; agi posse,sed ita vt conuentione vnius alter non liberetur,quin & ipse cōueniri posit,per l. vlt. C.de fideiuss. Sed Cæpol.fortè loquitur in statuto prohibente alienationem fieri in alium, quàm in consanguineum,quia in vniuersa penè Italia huiusmodi sunt statuta. Veruntamen nō id declarat aliter ipse Cæpolla. At idem consil.xliij.clarissimè,colum.iij. versic.secundò principaliter,tradit possessorem tantùm hac actione conueniri posse,cùm ea sit in rem scripta.

An consanguineus poterit sequi primū emptorem,qui declaranit alteri se cēdidisse.

An alter alterius cōuentione liberetur.

27 ¶Et hæc quidem locum habent,cùm primus emptor alteri vendidit ante oblationem retractus factā à cōsanguineo. Quid igitur si posteà vendidit, & reticuit ipsi cōsanguineo offerēti atq; etiam in ius super retractu vocatus litē defendit, causatus fortè contractū suum nō esse obnoxium retractui,quia negat esse venditionis,aut alterius æquipollētis,& tandē victus est:

Si emptor, durāte retractus lite,rem alienet, & succumbat.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

an sententia exequi possit cōtra possessorē.

an consanguineus, qui obtinuit, poterit petere executionem sententiæ aduersus secundū emptorem, an verò necesse erit illum de integro compellare? Et idem quoq; quæri potest in retractu conuentionali. Vide omnino Bart. Paul. Castr. Alex. & alios Recentiores in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudic. & ipsum Bart. in l. si quis missum, §. j. versicu. quæro quid si ante, ff. de dam. infect. & in l. si creditores. col. vij. versic. videamus ergo, C. de pignor. Bald. in l. j. ante fin. C. de ali. iudic. muta. cau. fac. & in l. ob maritorum, C. ne vxor pro marito, & in c. quia V. col. vlt. vers. tertiò quæritur, extrà de iudic. & Roffre. Beneuen. quæstio. Sabbat. xviij. Albertus. Alberic. in l. chirographis, §. j. ff. de administ. tuto. & Sal. in l. vlt. in vltima quæst. C. de execut. rei iudic. Paul. Castr. in l. certa, C. vt in possess. leg. Petrus Ferra. tit. forma libel. sententiam. diffin. in glo. j. col. penult. versic. quæro an sententia. Matthæ. Afflict. decis. Neapolit. cccxcvj. in causa comitis, col. iij. num. 9. & Card. Alexand. in c. ex ratione, col. xxij. versic. sexta est quæstio, extrà de appel. & consuetudinem Victriacensem, c. cxxvij.

Consuetudo.

28 ¶ Intellige autem nostrā hanc consuetudinem, statuentem vt possit cōsanguineus retrahere à tertio emptore, vt procedat, si primus emptor ei sponte cessit. Sed quid, si ab eo res euicta est per aliū, an & tunc ab isto poterit consanguineus retrahere? Matth. Afflict. in tract. Protomixeos in verbo, scriptū est, col. iiij. versi. sed iuxta prædicta, negat tunc locū esse retractui, quia huiusmodi alienatio necessaria sit. Pro cuius ratione adde quę scripsimus sup. eo. tit. §. j. gl. xiiij. in verbo, *ou equipollent à vente*, nu. 8. secundò intellige, & seq. Sed id vtiq; nō perpetuū est. Quid enim, si ideò euicta sit ea res, quoniā venditor ille primùm eandem huic euincenti vendiderat, & tradiderat. Nónne & tūc admittetur cōsanguineus aduersus eundem? & certè admittetur, non vt retrahat vi illius posterioris venditionis, sed prioris factæ ipsi euincenti.

Si res fuit euicta ab emptore p alium, an consanguineus retrahere possit ab hoc alio.

ET NE COVRT POINT LE TEMPS, NEQVE CVRRIT TEMPVS, GLOS. II.

1 HOC iuris est: aliâs nemo non fraudaretur collusione emptoris & alterius, cui iterum clàm venderet. Idque confirmatur multis similibus. Primò enim non currit instantia actori, si reus subterfugiens, causam trahat ac proteler, vt voluit glo. in cap. venerabilis, in gloss. magna, extrà de iudic. quem dicit valde sing. Maria. Socin. ibi col. j. & est bonus text. in l. intra vtile, in prin. & ibi Bald. in iiij. notab. ff. de minorib. & in l. petendæ, C. de tempo. in integr. restitu. & in l. contra, C. de inoffic. testam. vbi & Bald. ponit alia multa similia. & Alex. consil. xlij. in causa & lite, col. iij. versic. & istud, lib. iij. vbi alios allegat. & consil. lxxj. videretur, in princ. lib. v. & Philip. Dec. in c. ex ratione, col. viij. vers. vnde alia, extrà de appel. De quo tamen dic, vt per Doct. in auth. ei qui C. de tempo. appel. & in c. ex ratione, extrà de appel. & Roma. in l. ij. ff. de re iudic. & Maria. Soc. post alios in d. c. venerabilis, in xxiij. art. princip.

Si primus emptor qui alteri vendidit id nō declaret cō sanguineo, non ei currit tempus.

2 ¶ Secundò, quòd si ex forma statuti causæ debēt expediri intra certū tempus, alioqui pereūt litigatoribus: id tēpus ei nō currit, qui impeditur per moras & dilationes aduersarij, vt voluit Cy. in l. vlt. in fi. & ibi quoq; Bal. & Sal. per illū tex. C. de adult. Iac. Bu. Bar. & Bal. in auth. clericus, C. de epis. & cle. Io. And. in addi. Spec. tit. de dilatio, §. j. versi. sed pone. Dy. Cy. Bald. & Alex. in addi. Bar. in l. si cùm ipse, per tex. & gl. ibi. ff. de execu. tuto. Vbi & id dicunt procedere, cùm & aduersarius petit dilationem vltra illos tres menses, quia dicit habere se testes in longinquis partibus. Idque dicit ipse Bald. ibi notatu dignum, declaratq; quomodo id intelligatur. & Alexand. d. consil. lxxj. lib. v. & Iason, consi. xxxv. in quæstione, in ij. dubio, lib. j.

De eadēre. Tempus nō currit impedito per moras aduersarij.

3 ¶ Tertiò quòd tempus alicui statutum ad probandū, ei nō currit, tantisper dum aduersarius differt respondere eius positionibus, l. j. & ibi Bal. col. ij. vers. vlterius not. C. de iura. cal. gl. vt à multis allegatur, in cle. sæpe, vers. & quia positiones, in verbo, post dationē, & ibi Imol. col. xiij. in declaratione illius glo. & Card. Flor. in ix. quæst. post alios Antiquiores, de verb. sign. Bal. in d. l. si cùm ipse versi. secundò not. & ibi etiam Alex. in addi. Bart. ff. de execut. tut. idem Bald. qui id dicit esse perpetuò notandum, in l. vlt. col. iiij. versi. iuxta prædicta quæro, & ibi quoq; Paul. Cast. col. ij. versic. vltimò Bald. dicit. ff. de fer. vbi Paul. ipse declarat. & Alex. d. consil. xlij. lib. iij. & d. consil. lxxj. lib. v. & Iason consil. x. ex casu, col. ij. versic. istis sic in facto, lib. j. & d. consil. xxxv. vbi suprà, lib. j. & Philip. Dec. in d. c. ex tenore, vbi suprà, de appella. Et facit, quod in simili tradit Innoc. in c. pia, col. j. in verbo, octo, in fi. extrà de exceptio.

De eadēre.

4 ¶ Quartò, quòd terminus (ita enim sæpe eo verbo in hac significatione post nostrates vtimur) præfinitus actori ad probandū, non ei currit, donec aduersarius impugnat articulos ipsius, vtpote quos dicit non admittendos. Ita enim voluerūt Bald. Imo. Ro. & Fran. Are. in l. quandiu institutus, ff. de acqui. hære. Quod tamen intelligunt ipsi Ro. & Franc. Aret. cùm articuli erant admittēdi, aut certè tales, vt probabiliter potuerit dubitari, admittēdine essent, an nō: alioquin

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

alioquin ei esset imputandum,quòd haud dubiè non admittendos proposuerit, per l.ij.§.nõ solùm,ff.ad Tertul.Alex.in addit.Bald.in d.l.j. C.de iura.calum. & vide quod in simili diximus suprà co.tit.§.j.glo.x.in verbo,*dedans l'an*,nume.42.quod tamen. & iterum in §.iiij.glo. iij.in verbo,*aura cours contre le retrayant*,nume.1.& 2.& quod tradit glo.in cap.cupientes,in verbo,videbitur,& ibi Domi.& Philip.Franc.qui adducit concord.de elect.lib.vj.

5 ¶ Quintò, quòd si actori statutus est terminus ad producendum, isq; petat sibi instrumenta edi à reo,vt ea producat,in casibus, in quibus reus tenetur edere actori, qui ponuntur à nostris Doct.in l.vlt.C.de eden.& Cano.præsertim recentioribus,in c.j.extrà de prob.nõ currit terminus probationis actori,quandiu res differt edere, ex sententia Bal.in l.j.§.vlt.per gl. vlt.ibi.ff.de eden.& idem propemodum voluit Alber. post Iacob.Butr.in ea ipsa l.j.§.edenda. Et hæc quidem omnia propè retulit, & secutus est Iason in l.si eum, §. qui iniuriarum, col.iij. & seq.ff.si quis cautio. & d.consil.xxxv.in secundo dubio, lib.j. eaque dicit notanda esse diligenter,quia quotidie veniunt in actum practicum.Nec tamen meminit Alexan.cuius in d.consil.lxxj.lib.v.hæc omnia propè sunt. Et hoc quoque vltimum secutus est ipse Ias. d.consil.x.vbi suprà lib.j.vbi id dicit singu. *De eadẽ re.*

6 ¶ Postremò adde tex.optimũ præter eos, quos suprà citauimus in d.l.si cùm ipse,ff.de execu. tuto.cuius hæc verba sunt:Si cùm ipse institueret,vt proferret excusationem, mora contradictionis impeditus est,quo minùs decreto liberaretur,excusationẽ rectè probari,scilicet post tempus in id constitutum:nam de eo loquitur,vt patet ex l.præcedenti. Vt tamen non omittas,quòd à Paul.Castr.responsum est consi.cxxxv.in causa desertionis.col.penult.versi.illud etiam videtur,iterumque in fi.lib.ij, tempus appellationis prosequendæ non currere appellanti,dum aduersarius impugnat appellationem de desertione, per quædam ex iuribus suprà allegatis.& sequitur Dec.in d.c.ex ratione, vbi suprà de appel. Et facit, quod traditum est à D.à Rota,decis.cij.fatalia,in nouis,& decis.ccccxlviij. nota quòd fatalia, in antiquis.& ab Alb.post Guid.in l.vlt.in fi.C.in quib.cau.in integr.restit.non est necess. *De eadẽ re*

POVRVEV TOVTESFOIS QV'IL N'Y AIT NEGLIGENCE NOTABLE.

DVMMODO TAMEN NON INTERVENERIT INSIGNIS NEGLIGENTIA, GLOS. III.

1 NAM ET SI statim non potuerit conuenire istum secundum emptorem, quem ignorabat:tamen cùm primùm eius notitiam habuerit, debet se non negligenter parare ad retractum,illique oblationem facere: per id quod in simili voluit glos. in cap. cupientes, §.quòd si per xx.in verbo, proposita, in princip.de elect.lib.vj. quòdn quis misit nuntium ad proponendum ea, quæ in eo text.fieri iubentur intra xx. dies. fuerit que is nuntius impeditus,non ei nocebit,dummodò posteà non sit negligens. De quo & nos plenius diximus suprà §.ix.in vlt.glo.nu. 24.sed id tamen, & sequen. vbi videre poteris,id arbitrio iudicis æstimandum esse,vti & in hoc eodem casu voluit Ferro.in consuetud. Burdig.hoc quoque tit.§.viij.in princip. Sed & tu vide quæ scripsimus §.j.in glos.x.in verbo, *dedans l'an*,num.23.nec tamen. *Si consanguineus reiecerit emptorem alteri vendidisse, an cõtinuò debet illum alterum conuenire.*

§. XIII.

ET EST & doit estre aucun reputé plus proche, & preferé quant au faict desdictz telz retraictz, ainsi & en ce qu'il seroit plus proche & preferé en faict de succession.

S EST, & censeri debet proximior, vt præferri debeat in retractu, qui in successione proximior est, & præferri debet.

GLOSSA I. ET VNICA.

IC specialius exprimit, quòd suprà dixerat,§.xj. scilicet, retractũ imitari naturã ac ius successionis.quod & tradit Masuer.in hoc titu. de retractu, in princip. Ex hocq; iam multas quæstiones in hac materia retractus decidimus,& posteà,vt locus occurret,decidemus. Et vide quæ dicemus in §. seq.in fi.nu.2. ex hac autem, & seq.Cum hac autem consuetudine propemodum concordat & Parisiensium cõsuetudo, c.cxcvj. Cenomanensium,c.ccclxxviij.& seq.Andegauensiũ,c.ccclxviij.& seq.Angolismensium,c.lxii.vbi eadem propè verba sunt,quæ in hac nostra consuetudine,Sanctonum Angeriacorum,cap.lij.vbi & eadem quoque sunt verba,Burdigalensium,cap.xij. *Quis censeatur esse proximior in materia retractus. Consuetudines.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

§. XIIII.

OVT homme lignagier d'aucun vendeur, soit de prochain ou loingtain degré, doit estre receu au retraict dedans l'an & iour de la vēdition faicte par son dict lignagier: posé que la chose vēdue ne soit pas du branchage,[a] dōt le retrayant & le vēdeur se appartiēnent. Mais si dedans ledict an & iour vn autre lignagier du vendeur, & dōt la chose vēdue soit descendue, & regardant son branchage, venoit contre l'autre lignagier, qui premierement l'auroit prinse: posé que iceluy secōd lignagier ne fut ores si prochain du lignage du vendeur, comme seroit le premier, iceluy second la doit auoir, & tousiours seroit præferé: veu q̄ la chose seroit regardāt son brāchage[b].

QVILIBET consanguineus, siue proximior, siue remotior gradu, admittitur ad retractum intra annum & diem venditionis: etiamsi res vendita non sit eius lineæ,[a] qua retrahens & venditor se contingunt. Verùm si intra id tempus alius venditoris consanguineus ex ea parte qua res processerit, mouerit controuersiam alteri consanguineo, qui præueniret, is vtique præferetur, eamq̄ rem obtinebit: etiamsi non sit tam propinquus genere quàm ille qui præuenit: propterea quòd lineàm ipsius res vendita respiciat[b].

NE SOIT PAS DV BRANCHAGE, NON SIT EIVS LINEÆ, GLOS. I.

1 *An admittatur cōsanguineus nō ex ea parte ex qua res processit.*

CONTRARIVM tamen dicit obseruari de consuetudine Io. Fab. in §. si plures, in fi. Instit. de legit. agna. succes. & contrarium etiam de Iure communi obtinere, expressè & in hac specie voluit Signo. consi. lxxxj. in quæst. vertente inter Nigrum, col. ij. per text. in c. j. tit. de gradi. succes. in feud. idq; maximè si ex nostra cōsuetudine in successionibus bona semper veniūt ad eos, qui sunt eius stipitis, vnde ea processerunt, etiamsi sint remotiores, de quo dicemus in gl. seq. Nam & retractus per omnia sequitur ius atque naturam successionis, vt dictum est in §. præcedente. Ex maiori autem parte consuetudinum Franciæ, ij tantùm admittuntur ad retractum, qui sunt ex stipite siue linea rerū venditarum, vt apud Parisienses, ca. clxxij. Meldenses, c. lxxxvij. Melodunenses, cap. xxij. & c. xxviij. Senonenses, c. xxxj. Trecenses, cxliiij. Caluimontenses in Basigniaco, cap. cxij. Victriacenses, c. cxxvj. Ambianenses, cap. xlvij. Monstrolienses maritimos, cap. lxxij. Carnutenses cap. clxxj. Aurelianenses, c. cclxxvj. quod tamen videtur limitare, vt non procedat inter fratres & fratrum filios, c. cclxxviij. Turonenses hoc tit. *de retraict*, cap. j. Cenomanenses, c. cccclxxviij. Andegauenses, cap. cccclxviij. Aruernenses, eod. titu. *de retraict*, qui est omnium eius gentis consuetudinum xxiij. cap. j. & expressius cap. xxiiij. Borbonienses, cap. ccccxxij. & cccccxxxiiij. Blesenses, cap. cxcij. Dunenses, c. lxxix. Bituricenses, hoc tit. *de retraict lignagier*, cap. j. & ij. & iij. Attesienses, cap. lxxxv. Normanienses, cap. consuetudinū eius nationis cxv. cuius titulus est, *de querelle de fief vendu*, §. *nul qui appartienne*, Quanquàm sunt & alie consuetudines huic nostræ similes, quæ scilicet admittunt consanguineos, qui non sunt ex linea aut stipite, vnde bona vendita prodierunt: ita tamen, vt ij qui sunt ex ea linea, præferantur: vt apud Angolismenses, cap. lxiiij. Rochelenses, cap. xxxij. Burgundienses, hoc eod. tit. cap. iiij. Burdigalenses, cap. iiij. quod est j. tit. *de retraict lignagier*.

Consuetudines.

Consuetudines contrariæ.

IN FI. EIVSDEM §. GLOS. II.

1 *Etsi admittatur, an ei præferatur qui est ex ea linea.*

IDEM, vt scilicet præferatur is, qui est ex linea, vnde bona manarunt, aliis qui non sunt ex ea linea, voluit expressè in retractu Io. Fab. in §. si plures. Institu. de legi. agna. success. per text. in l. de emancipatis, C. de legit. hær. Sed ille text. vt etiam dicit idem Fab. loquitur inter fratres & fratrum filios: nam post eos de Iure communi non inspicitur, vnde bona processerint, sed semper admittuntur proximiores, exclusis remotioribus. Authent. post fratres, C. eodem tit. & diximus suprà

§. xj. in

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

§.xj.in gl.x.quæ est super verbo,*tous y doiuent estre receuz pro rata*.post princ. At consuetudo nostra indistinctè & generaliter disponit,vt proximi ex parte patris præferantur in bonis paternis:matris autem,in bonis maternis. Quod etiam dicit oseruari ex alia quadam consuetudine Flo.à S.Petro,inter consil.Pet.Ancha.consil.ccclxxj.quòd dicta domina. & Benedic.in repet.c.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelasiam,num.636.extrà de testam.

2 ¶ Ex hac autem consuetudine,quæ ita indistinctè & generaliter, vt diximus, præfert in retractu eos,qui sunt ex linea, vnde res vendita exiit, iuncto eo, quod scribitur in d.§.xj. suprà eo. repræsentationem habere locum in retractu,vt in successione, in qua vt scribitur suprà in ti. xvij.qui est *des successions*,§.j qui est omnium huius voluminis consuetudinum, ccxij.repræsentatio habet locum in omnibus speciebus successionum,& in infinitum,quandiu consanguinitas computari & probari potest.& quod item scribitur in §.xiij. suprà hoc tit.eum censeri proximiorem & præferendum in retractu, qui & in successione præfertur, quodq; præterea scribitur in §.xxxij.eiusdem tit.in retractu acquæstuum admitti cõsanguineos ex parte patris pro dimidia parte,& matris pro altera dimidia. Atque eo quod scribitur suprà in titu. xiiij.qui est *de donations*, §.j.qui est omnium §. huius voluminis clxxxj. quod cùm quis non posit donare vltra tertiam partem bonorum patrimonialium,in præiudicium suorum hæredum,& quis habeat bona patrimonialia alia ex linea patris,alia matris,videlicet centum patris,ducenta matris, non poterit donare integra illa centum patris, quamuis non excedant tertiam partem omnium,sed tantum donare potest tertiam partem illorum centum,in præiudicium hæredum lineæ paternæ. Et ex eo ~~denique~~, ~~quod~~ etiam scribitur suprà tit.xvj. qui est *de testamens*.§.iij. qui est omnium eiusdem volu.ccviii. non posse quempiam ~~ex suis~~ bonis patrimonialibus aliquid donare,& relinquere vni ex suis presumptis hæredibus,plusquã alteri,siue bona respiciant lineam,vnde is descendit,siue aliam.

An ex consuetudine Pictauiensium paterna paternis,materna maternis semper cedant, vide vsq; ad num.14.

3 ¶ Ex his igitur omnibus assumũt multi ex nostratibus,semper,& in omni successione, & inter quoscunq; bona paterna paternis,materna maternis deferri: id est,bona sequi lineam,ex qua primùm prodierũt.De quo tamen nullã aliam cõsuetudinem expressam habemus, nec quæ huc quicquã faciat,præter suprà dictas.At ex maiori parte consuetud. Franciæ,sicuti in retractu,vt diximus in gl.precedenti,ita & in successione,semper bona sequuntur lineam,vt apud Paris.c.cxlv.& cxlvij.Meldenses,c.xlij.& duobus seq.Meldunenses,c.xcix.Senonẽses, c.lix.& aliis,Ambianenses,c.cl.Monstrolienses,c.x.Aurelianenses,c.cclj.Cenomanenses,c. ccclxxviij.Andegauenses,c.cclxviij.& cclxx.Aruernenses tit. *de successions*, §.iiij.Borbonienses,c.cccxv.Blesenses,c.cl.& seq.iterũ clvj. Dunenses,c.lxxj.nisi in casu c.seq. Angolismẽses, c.xciiij.Rochelenses,c.l.Bituricẽses,tit.*des coustumes concernans les testamens*, c.ij.Burgundiẽses,tit.*des successions*,c.viij.Artesienses,c.lxxij.& lxxv. Sanctones Angeriacos,c.xcvij.& ca.c.

Consuetudines aliæ de eare.

4 ¶ Quantum autẽ ad Ius cõmune pertinet,inter fratres cõsanguinei succedũt in bonis paternis,vterini in maternis.gl.& doct.in d.auth.post fratres,C.de leg.hære.& in auth.itaque, C. cõmu.de succes.Franc.Alb.inter cons.Ang.cõs.lxxxij.huic parti inhæreo,col.ij. Dy.in tract. succes.ab intest.col.iiij.vers.sed pone quis moritur.Alex.cons.v.consideratis,col.ij.versi.hæc cõfirmo,lib.vj.vbi post Paul.Cast.in quodam cons. dicit & hoc procedere in specie cuiusdã statuti,de quo ibi videre poteris, & Doct.vbique. Et ad hoc quoq; vbique citatur text.in d.l. emancipatus,C.de leg.hære.quem ad hoc dicit sing.Barto.ibi,& Matth.Mathes.in trac.succes.ab intest.in iij.art.princ.versicu.hoc procedit,& ibi Ludouic.Bolo.in addit. eius loci, & iterum in addi.incip.vera est hæc decisio.& cons.lxix. Corne.post princ. quibus etiam locis eum text.dicit sing.Sed & eum quoq; sing.dicit Ang. Aret.in d.§.si plures,col.j.Instit.de leg. agn.succes.& posteà etiam per multas quæstiones declarat, quomodo id intelligendum sit, & Iason qui etiam dicit sing.in l.post dotem,in fin.ff.solut.matr. Et nullum reperio,qui contrarium in hoc teneat, præter Fulgos.in d.authen. itaque, & Socin.consil. lxxxix. circa præmissum,colum.iiij.versi.non obstat tertium,lib.iiij. quibusdam rationibus ibi adductis:licèt tandem dicat,non esse tutum recedere à priori sententia:vt quæ sit communis.

Consanguinei in paternis,vterini in maternis succedunt.

5 ¶ Sed ea tamen intelligitur, cùm vtrinq; sunt ab vno tantùm latere cõiuncti.Quòd si cũ illis sint alij ex vtroque,hi quidẽ alios ex vno tantũ repellunt in quibuscunq; bonis,vt nõ obscurè voluerunt gl.& Doct.in d.auth.post fratres,& in d.auth.itaq;.Dy.in d.tract.succes.ab intest. col.iiij.vers.quid si decedit.Bar.si is est,& 10.Fab.in d.§.si plures,Inst.de leg.agn.succes.Bal. in d.l.de emancipatis,C.de legi.hære.& cons.ccxxij. casus talis est, primò dominus,lib.iij.& consi.lxxiiij.prætermittẽdum est,in prin.eo.lib.iij.Ro.qui & id dicit procedere in successione eius qui ingressus est monasteriũ incapax bonorũ.cons.ccxcvj.circa declarationem,in fi. Raph.Co.cõs.lxvj.Ioan.decessit,in prin.Petr.Ferra.tit.for.libel.pro hær.ab intest. in verbo, nullisque superstitibus,col.x.in paruis,vers.si ergo quæramus. Barb.consil. xxxviij.scribitur. col.pen.

At vtrinque coniunctis in omnibus succedunt alijs exclusis, vide nu.7.

Etiam in filius fratrũ, vide num.7.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

col.pen.lib.ij.Bertr.consl.lxviij.viso casu,lib.ij.& consil.ccxj.ponitur,eo.lib.ij.Id quod etiam procedere in filiis fratrũ dicit Lud.Bolo.d.consl.lxix.col.iiij.& ante eũ Fran.Aret.cõsl.clxiiij. diligenter,col.v.versl.& primo viso,& ante hos Bal.d.consl.lxxiiij.in prin.lib.iiij.& ante hunc quoq; Io.And.in addit.Specu.in rub.de feu.versl.item præsupposito,per text.in §. reliquum, in authent.de hære.quæ ab intest.defer.quem text.ad hoc dicit sing.Franc.Aret.vbi suprà.

Etiã si ex statuto masculus præferretur fœminæ.

6 ¶Et hæc ita procedũt,vt si etiã ex statuto masculus præferretur fœminæ,tamẽ fœmina vtrinque cõiuncta præferretur masculo ex vna tantũ parte coniuncto:vt sing.voluit Bal.consl.lix. de Iure cõmuni,in fi.lib.iiij.Sed & si statuto cautũ sit, vt decedenti succederent ab intestato proximiores ex linea paterna,tamen cõiuncti ex vtroq; latere nihilò minùs cæteris patruelibus ex linea paterna tantũ,præferrẽtur:vt dicit Pet.Anch.in repe.c.j.char.60.in paruis,versl. per prædicta nõ puto,extrà de constit.& Soci.consl.cclij.visis instrumẽtis,col.xij.versl.secundò ego respondeo,lib.ij.& Phil.Dec.consl.cccclxxxiiij,æquitati,col.ij.versic.& specialiter.

Etiã quoq; si ex statuto decedẽti ab intestato succedant proximiores ex linea paterna.

7 ¶Sed tamẽ,quod de filiis fratrũ diximus, non admittũt Mathes. & Lud.Bolo.in addi.ipsius, in d.tract.succes.ab intest.in ij.art.prin.versl.item no.& Corn.in l.quod scitis,§.sinautem,col. vlt.versl.nec obstat,C.de bon.quæ lib.De quo etiam per Pau.Castr.in d.auth.post fratres,la ij.& consl.lxxxiij,id quod suprà cõclusum est,lib.j.& Alex.qui alios multos allegat,cõsl.clxvj. super proposita,lib.v. Sed & sunt, qui inter fratres illud, quod suprà diximus,non ita generaliter admittunt:quin dicunt,vtrinque coniunctos non excludere consanguineos tantum à bonis paternis, nec vterinos à bonis maternis:vt per Soc.in consil.lxxxiiij.vna prædicta, col. v.versic.quia qua ratione,lib.j. Vtrum autem istud procedat in iure accrescẽdi,videbis apud Bart.in l.re coniuncti,col.penult.versicu.tertiò quæro iuxta hoc, ff.de leg.iij.& Socin.qui id trahit ad substitutiones,consil.ccxlix.materia,col.xij.versi.quintò corroboratur,lib.ij.

Quid in iure accrescendi.

8 ¶Sed & vtrùm id procedat in patruis,vt vtrinq; coniuncti alios ex vno excludant(hęc enim obiter & remissiuè dicere volui)vide Bald.consil.clxxxviij.in substitutione,lib.j.quod repetitur iisdem verbis,nisi quòd aliud princip.est, consil.ccccxxiiij.punctus talis est, Titius decessit,lib.iij.& rursum eundem Bald.consil.cccxlvj.quoniam vt proponitur.lib.iij.& consil. cccxxx.dictus patruus,eo.lib.iiij.& latissimè Corn.consl.ccxix.licet in hac.col.ij.versic.itaq; videndum est,cum seq.vsque ad fi.consil.lib.iij.& Anto.Rube.consi.cij.viso casu. Et vtrùm quoque in fratribus patruelibus,latè disputat Alexan. post alios multos à se citatos d. consi. clxvj.lib.v.vbi videre poteris,& Paul.Cast.d.consil.lxxxiij.lib.j.Et vtrùm deniq; in aliis,vide Iaco.Bel.in §.si verò neque fratres, in penult. quæst.& ib quoque Bartol. in Authen. de hæred.ab intest.& eundem Bartol.in l.ij.§.legitima, ff.de suis & legit.

Quid inter patruos

Quid in fratribus patruelib.

9 ¶Nec tamen specialiter omiserim, vtrùm etiam procedat in patre & matre, auo, & auia, vt scilicet præferantur fratribus ex vno tantùm latere:de quo vide gl.in l.j.in verbo, potiorem, ff.de iur.& fac.igno.Dyn.in tracta.de succes.ab intest.Cyn.in d.auth.itáque.col.vlt.Signor. consil.vj.Titius,col.j.Bart.in l.ij.in prin.col.antepe.versi. vlterius quæro,an tacita pupillaris excludit fratrem,ff.de vulg.& pupil.& eundem Bart.& Angel.in l.j.§.filium,ff.de bono.pos. contra tab.Bald.latè in auth.defuncto,col.ij.versicu.iuxta istum versic. C.ad Senatusc.Tertul.& in l.si quis filium,col.vlt.C.de inoffi.test.& consil.ccccxxvij.factum tale est, Ioannes, ad fi.lib.iij.& consl.cclx.proponitur quod mater,lib.iiij.& consi.ccclxvj.mater quæ transiuit, in fi.eod.lib.iiij.& consil.ccccxxxviij.ista quæstio.in princ.& iterum in fi.eod.lib.iiij.& consl. ccccxlvj.æqua opinio, eod.lib.iiij.Angel.in §.consequens,in auth.de hære.ab intest. & consi. clxvj.si testator,paulò ante fi.& Cardin.Florent.consil.lj. Titius condidit testamentum, in j. dubio,Paul.Cast.consil.ccccxxj.quòd ista mater,col.iij.versic.vj.& vlt.lib.j.& Alexan.consl. clxvij.videretur,col.ij.versi.quintò,quia licet,lib.v.& consi.v.consideratis,col.j.lib.vj. Barb. consi.xxxvj.scribitur sapienter,col.antepe.versic.capio modò aliam dubitationem,videlicet vtrùm præfatus,lib.ij.Corn.consil.clxix.multùm diffusè,colum.ij.versi.& per illum,lib.iiij. Guid.Pap.consi.clxvij.pupillus.Soci.consil.cccliij.eodemq; vltimo,viso statuto, per totum, lib.ij.quod repetitur consl.xxv.lib.iij.& Steph.Bertr.consil.cxxv.viso casu,in iij.dub.lib.ij.& consil.ccxx.Christi &c.viso casu,lib.ij.& consil.cxxxij.prouidus,nu.1.lib.iij. & consil.xcij.ponitur,etiam nu.1.eod.lib.iij.Et quid si ex statuto soror excludat matrem,an tunc intelligatur de sorore ex vno tantùm latere coniuncta,vide omnino Alex.consi.xlv.habita.lib.vij.

Ascendentes an præferatur fratribus ex vno tãtùm latere.

Quid si ex statuto sõror excludit matrẽ.

10 ¶Illud autẽ inter omnes,si non me fallit memoria,conuenit,quod dictum est,vtrinque coniunctos præferri cõiunctis ex vno tantũ latere,nõ procedere in rebus feudalib. In his enim æquè succedũt cõiuncti ex parte patris tantùm, ac vtrinq; cõiuncti: quia cõiunctio ex latere matris non cõsideratur,per tex.in c.j.§.his verò,& ibi Bal.in prin.Mart.Laud.col.eiusdem c. ij.versl.quæro circa istã,& Card.Alex.col.iij.versl.eiusdẽ initij.tit.de succ.feu.vel de grad.suc. in feud

In rebus feudalibus, vtrinque coniunctus non præfertur

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

in feud.& voluit.Iac.Ardiz.in sum.in rub.de succes.feud. sub rubricella, an frater ex vtroq; parente excludat fratrē ex patre tātum,& And.Iser.in c.j.col.ij.tit. de nāt.succes.feud.Bald. in l.j.post prin.vers. & per hoc determinatur:& ibi Pau.Ca.& Corn.C.de leg.hære.& idem Bal.cons.clxx.ad euidentiam,col.ij.vers.item sciendum,lib.ij. & cons.ccciiij.donatio, in fin. eod.lib.ij.vbi hanc dicit esse communem opin.& veram magnorum Doct.& consi.liiij.proponitur quòd quidam nobilis,lib.iij.& consil.ccxxij.casus talis est, primò dominus, eod.lib. iij.Mart.Laud.in c.j.§.& quia,col.vj.vers.quæro an vtrinq; coniunctis, & ibi quoq; Cardin. Alexand.col.vlt.versic.eiusdem initij.tit.qui feud.dare poss.Alex.consil.ix.ponderatis his,in fi.lib.v.Petr.Ferra.tit.forma libel.quo agit.ad reuoc.feud.in verbo nec superstitibus,col.iiij. versic.sed quid si vnus.Soc.d.consil.ccciiij.ad fin.lib.ij.Philip.Dec.consil.ccccxliiij.concurrit patruus,eol.j.Ioan.Crot.in repetit.l.filiusfamilias,§.Diui,col.ij.post prin.& iterum char. antepe.vers.quartò quæritur.ff.de leg.j.{Franc.Curt.iunior in tract.Feudorū in 3.par.3.partis prin.q.6.}& Franc.Ripa{in l.si ventri.§.in bonis, col.iij.vers.item intellige quando vtraq; ratio consideratur,ff.de priuileg.credit.}in l.ex facto,col.xxiiij.nu.98.ff.de vulg.& pupil.

coniuncto ex parte patris.

11 ¶ Quo in loco Ripa & illud simile adducit,quod traditum est à Iaso. & recentioribus in d.l. re cōiuncti,vbi & ipse Ripa,nu.13.ff.de leg.iij.quod stante statuto,vt agnati ab intestato preferantur cognatis,frater vtrinque coniunctus non præferetur fratri ex parte patris tantùm coniuncto.Ex hocque dixerim,quod stante statuto, vt ad retractum admittantur ij tantùm consanguinei,qui sunt ex latere vnde res vendita processit, aut quod ij præferantur cæteris, qui sunt ex alio latere,tunc non præferretur consanguineus vtriusque lateris alteri, qui esset ex eo latere,vnde res processit tantùm.Id quod adde ad id quod suprà diximus ex Io.Fab.in §.xj.glo.x.num.1.Et tacit etiam,quod in simili tradit Bald.consi.ccv.præmissis verbis,lib.iiij. & Roma.consil.ccccxj.quatuor,& Iason consil.lxvij.perspectis,colum.vlt.versicu.confirmo etiam ex eo quod consuluit,lib.primo,dum volunt,ex statuto præferente agnatos fratris siue fratrum filiæ,æqualiter succedere fratrem ex vno tantùm latere,cùm fratre vtrinque coniuncto.Sed huius,ne fallaris,contrarium nuncupatim voluit Petr.Anchara. in repet. cap.j.col. cl.versic.occurrerunt aliæ quæstiones,extrà de constitut.Rapha.Fulg.consi.lxxxv.in proposita quæstione,& Paul.Castr.in authent.itaque.C.com.de success.Ioan.Bapt.à S.Seueri. in repet.l.omnes populi,chart.15.versic.ego respondeo,ff.de iusti.& iure. Socin.consil.cclij.visis instrumentis,col.xij.versic.secundò ego respondeo,lib.ij.& latè Carol.Ruin.consil.xxviij. viso statuto per totum j.dubium,lib.iij. Sed tu tamen vide eundem,consi.xxxij.quia ex facto, colum.j.& ij.& iterum colum.viij.num.14.& seq.eod.lib.iij.

Quid in statuto vt agnati præferantur cognatis. An in retractu præferatur vtrinq; coniunctus ei qui est eius tantum latere ex quo res processit.

12 ¶ Sed vt è semita in viam redeamus,inter ascendentes quoque paterna paternis, & materna maternis deferuntur,vt nonnullis placere video,per text.in d.l.quod scitis.§.sinautem.C.de bon.quæ liber.Ita enim eum intelligunt Bart.Ang.Pau.Cast.& Alex.in addit.Bald.ibi.idem Bart.& Ang.in d.auth.itaque,ipse Bart.in d.l.post dotem,in fi.& ibi quoq; Imo. qui eam gl. dicit sing.paulò ante fi.Ro.& Ias.col.pen.& vlt.ff.sol.mat.& rursus idem Bart.consil.xviij.in nomine &c.viso testamento condito,in iiij.dubio,& iterum consil.ccxv. an si testamētum sit nullum,etiam in iiij.dubio:nam & idem prope est consi.Quibus locis ipse Bartol.dicit eum text.ad hoc esse sing.Bald.consil.ciij.factum tale est.Ser Teus, ante fi.lib.ij. & Marc.Perus. inter consil.ipsius consi.cxj.viso dicto puncto,lib.iiij.atque iterū idem Bald.d.cons.ccccxlvj. æqua opi.eod.lib.iiij.Pet.Anch.cons.ccccxlix.de iure cōmuni dos,& latè Ro.cons.xl. visis ac discussis,in ij.dub.Pau.Cast.in d.auth.post fratres autem,C.de legit.hære.Mathes.in tracta. succes.in ij. art.princ.versi.& hæc procedunt,& versi.aut supersunt, & ibi etiam Lud. Bol.in addi.Corn.qui licet nutet,dicit tamen hanc opi.æquam esse,consil.xlvij.videtur,col.ij. versi. quia secundum,lib.j.Alex.consil.cl.viso themate,col.ij.versic.præterea iuri consonum,lib.ij. & consil.clxviij.visis ac ponderatis,col.iij.versic prædicta tamen affirmo,lib.vij. Bal.Nouel. in tract.dot.in vlt.parte,col.lxiiij.cum multis seq.vbi dicit,quòd licet cōtrarium in via disputationis sustineri posset,non auderet tamen ab hac opin.discedere. Guid.Pap. consi.l.ex facto tradito,in iiij.dubio.Ias.consil.cxxvj.factum sic se habet, quidam dominus Victor, col. iiij.versic.decimò & vlt.lib.j.Benedi.in repe.c.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelasiam,num.636.de testa.& Anto.Rub.consil.lxxix.viso instrumento. Et hoc quidem intelligit Ang.in d.l.quod scitis,vt etiam procedat, si is de cuius linea bona sunt, remotior sit.

Inter ascēdentes an paterna paternis,materna maternis deferantur.

13 ¶ At sunt alij qui è diametro contrariū tenent, videlicet nō esse inspiciendū ab vtro laterum bona processerint,& in his Dy.Ray.Forli.Bal.sibi contrarius,præterquā in litteris dotalibus, Sal.nutabundus,Fulg.Ro.sibi item cōtrarius,Io.à monte Sperello, & latissimè Corn.in d.l. quod scitis,ex quibus ipse Corne.ita dicit fuisse consultum Perusij,& se quoque consuluisse. Idem Dy.Cyn.cùm dicit,ascēdentes eiusdē gradus,æqualiter succedere, Ray.Sal.item subdubitans,Fulg.qui ita dicit se consuluisse,& Corn.in d.auth. itaque Bald.in auth. defuncto, col.j.

De tadēte.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

col.j.in fi.& ibi quoq; Sal.& Fulg. C.ad Senatusc.Tertul.Bal.consf.xxxj. Ang.habet,in prin. lib.ij.& consf.cclx.proponitur quod mater,in fi.lib.iiij. latè Raph. Cum.cui subscripsit alter Raph.Fulg.& alij multi consf.cxxij.qualiter admittatur.Corn.etiam latissimè consf.xciiij.dominus Petrus,col.ij.versf.his tamen non obst.lib.j.& consf.clxxxvj.circa hanc cōsultationem, col.iiij.versf.eiusdem initij,eo.lib.j.& consf.vij.& si videatur,lib.iij.& consf.cclxv.circa istū articulum,lib.iiij.vbi & idem dicit consuluisse Bened.Capr.vt & ipse consuluit consi.xxxiiij.etsi præfato puncto.Lud.Bol.sibi contrarius,d.consf.lxix.Corn.col.iiij. versf.nihilò minùs prædictis non obstan.Idq; præsertim si ascēdentes sint in dispari gradu, quia scilicet sint mater,& auus paternus.nā mater præfertur auo in bonis vndecūq; obuentis,vt per Bened.Capr.cōs. cxlix.cùm de pluribus,in iij.dub.Vtrorumq; autem sunt multæ magnæq; rationes,quas huc adducere necessariū non ducimus,cùm apud eos omnibus sint expositæ. Concedunt autem omnes,inter alios,quàm de quibus suprà locuti sumus, non inspici vnde bona prouenerint.

14 *De princip. quæstione.*

¶ Cæterùm vt redeamus ad nostram consuetudinem, illud certum est, in retractu haud dubiè procedere, vt consanguinei ex ea parte, ex qua res vendita processit, præferantur cæteris.Nam id expressè hîc cauetur.Quantū autem ad successionem,nullas in Pictauia,vt iam diximus,consuetudines alias habemus, præter eas,quas suprà adduximus,quæ omnes sunt extra titulum *des successions,* præter eam, qua statuitur repræsentationem habere locum in quacunq; successione in infinitum,vt etiam suprà diximus.Sed ea si solerter inspiciatur,parum huc facit,neq; vnum ex alterò necessariò sequitur.Quod hinc videre licet, quòd repræsentatio citra vllam controuersiam habet locum inter fratres & fratrū filios: post eos autem vocātur quicunq; gradu sunt proximiores.auth.post fratres fratrumq; filios,C.de legi.hær. &tamen non omnes cōcedunt,inter ipsos fratres & fratrum filios paterna paternis,materna maternis deferri:quin sunt in vtrisq; qui cōtradicunt, vt suprà diximus. Prætereà potest cōtingere,quòd si repræsentes vel altissimum eorum,ex quibus descēdisti, ego tamen essem te potior in successione omnium bonorum. Pone enim,quod sum frater vterinus eius, qui decessit sine aliis fratribus ,aut filiis eorum : tu autem es nepos patrui ipsius,id est fratris patris eiusdem:tu patruum illum defuncti,qui tuus auus erat,repræsentas : ego tamē te repellam à successione fratris mei vterini, etiam in bonis paternis, cùm & ego repellerem illum tuum auum,patruū fratris mei defuncti,quem repræsentas,si viueret,quātum ad Ius cōmune pertinet,& cessante consuetudine,vt semper & inter quoscunq; materna maternis,paterna paternis deferrentur.Nec si nostra consuetudo dicit retractum per omnia sequi ius successionis,propterea concluditur à contrario ius successionis sequi ius retractus. Nec id dicit consuetudo,ideò per argumentum ab oppositis, aut aliud quodpiam non dedemus nec possumus corrigere Ius cōmune, vt alibi latè diximus. Sed quicquid sit, nostrates mordicus eam opin.retentant,vt secundùm nostram cōsuetudinem bona in successionibus semper sequantur lineam.Et ita semper hactenus vsitatum est in nostra hac regione Pictauica.

15 *Quæstio optima retractus.*

¶ Illud deniq; quæstionis est.Duo fratres ex vtroq; parente ita inter se vtranque & patris & matris hæreditatem diuiserunt,vt vni paterna cesserint,alteri materna:posteà alter eorū vendidit id totū quod sibi cesserat,puta paternam illam hæreditatem : an consanguinei ex parte patris præferentur omnino consanguineis ex parte matris? Quod videtur,cùm ea bona à patre processerint.Ego tamen censeo,& consanguineos quoq; maternos esse admittendos pro media parte,id est,pro rata eius portione quod is vēditor ante diuisionē habebat in altera hereditate materna,quę alteri remāsit:nā ea diuisio vim permutationis habet,imò vera est permutatio,quantū ad eam rē pertinet,vt no.in l.cùm pater,§.hæreditatē post mortē, ff.de legati.ij.cū aliis concord.à me traditis infrà eo.tit.§.xxxij.nu.88.quid verò in hac,vbi similem quæstionē decidemus.Res autem,quā ex permutatione alterius rei habemus, censetur eiusdem naturæ & qualitatis,cuius ea erat,quā dedimus quantū ad id, de quo tractamus, vt dicemus in illo ipso §.nu.26.neq; enim.Ex quo etiam intelligis quid hic dicendum sit in retractu.

An consanguineus vxoris admittatur adretractū rei mariti ab eo venditæ.

16 *Vxor non est viri propinqua.*

¶ Sed & hoc in loco in mentem venit huius speciei,mihi aliquādo propositæ.Quispiam vendiderat fundū ad se pertinentem : cōsanguineus vxoris ipsius venditoris petebat admitti ad retractū eius fundi:emptor dicebat,eum non admittendum,cùm nō esset cōsanguineus vēditoris,sed tantùm vxoris eius,quæ nō vendiderat,nec erat domina fundi.Actor replicabat, dicebatq;,quòd si venditor eū non vendidisset, liberi cōmunes eius & vxoris ipsius, eum ex successione patris excepissent,& si eundē posteà vendidissent, ipse actor admitteretur, tanquam consanguineus eorū,licèt fundus non fuisset ex linea ipsius per huiusmodi cōsuetudinem.Et cùm hæc cōtrouersia esset corā iudice quopiam ineptissimo,is sua sententia pronūtiarat,actorem admittendum:à qua emptor appellauerat:iudex appellationis me consuluit, Respondi malè iudicatum fuisse:nam cōsuetudo admittit tantùm cōsanguineos venditoris,

non etiam

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

non etiam affines, cùm vbique dicit, *le parent du vendeur*. Consanguinei autem vxoris, licèt sint affines mariti, tamen non sunt eius consanguinei, cùm nec vxor quidem ipsius sit cõsanguinea, aut proxima siue propinqua, l.j. & ibi Doct. maximè Paul. Cast. & Alex. C. vnde vir & vxor. & not. in l. cùm rem alienã, vbi Bar. Bal. Alex. Corne. C. de legat. & Steph. Bertran. cõs. ccxxxvj. multa sunt, col. vlt. lib. j. Ideò nec iura loquentia de coniunctis siue consanguineis, habent locum in affinibus. Quamobrem nec omnes hi admittuntur ad agendum sine mandato pro affine ex sententia Inno. & Panor. in c. nonnulli, §. sunt & alij, extrà de rescrip.

Affines nõ admittuntur ad agẽdum sine mandato.

17 ¶ Nec mouet, quòd iste est consanguineus vxoris vel liberorum. Nam statutum, vt diximus, loquitur de consanguineis venditoris, non vxoris, aut liberorum: ideò ad eos non est trahendum, l. si verò, §. de viro, ff. solu. matrim. Nec inspiciendum est id, quod futurum fuisset, si liberi successissent, & posteà eam rem vendidissent, vt constat ex not. à glo. & Bart. in l. si idem §. vlti. ff. de iurisd. om. iudi. & Cy. in l. vlt. §. sinautem sub conditione, & ibi Bal. in l. sed quia, C. commu. de lega. & Bar. & aliis in l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. ob. Proindeque nec futura personæ capacitas quam vocamus, consideranda est: sed tantùm ea, quæ adest tẽpore actus, l. vsusfructus, & ibi Bart. ff. de stipula. seruorum, & c. si eo tẽpore, & ibi late Doct. de rescript. Et facit propius, l. si cognatis, & ibi not. ff. de rebus dubiis, & l. cùm ita, §. in fideicommisso, ff. de legat. ij. & quæ latè diximus suprà eodem tit. §. j. glo. ix. quæ est in verbo, *ou lignagier*, nu. 83. vides igitur, & aliis multis sequen.

Capacitas præsens cõsideratur non futura.

18 ¶ Vt prætermittam, non certum esse hos liberos aliquando eam rem percepturos, vel quia fortè morientur ante patrem, vel quia pater posset alio modo eam rem alienare, quàm venditionis, aut alterius contractus æquipollentis venditioni: & alia multa interuenire possunt, ne capiant: vt in simili dicitur in l. naturalem, §. j. ff. de acqui. rer. do. Cuius arg. tradit Bar. post Guil. Cu. in l. sciendum, in pen. q. ff. qui satis. cog. quòd bona patris non releuant filium à satisdatione: quia multa possunt accidere, ne bona ipsa patris ad eum perueniant. Et sequũtur Recentiores ibi. & Alex. in l. in suis, col. iij. versic. pro hoc facit. ff. de lib. & posthu. cum aliis multis simi. à me collectis in Legibus cõnubialibus, in ea quęstione, an sponsa sit in potestate sponsi, vt vxor viri, ex consuetudine. Et hæc quidem quęstio adeò parum dubia mihi visa est, vt eam indignam cẽsuissem, quę à me tractaretur, nisi in dubium aliquãdo vocatã vidissem.

Bona patris non releuant filiũ à satisdatione.

19 ¶ Quanquàm nonnihil dubium potuisset facere, quod tradit glo. vt plerique omnes eam intelligunt, in §. mariti, in verbo, posteà, in fine, Insti. de nupt. quòd consanguinei vxoris succedunt marito, deficientibus consanguineis eiusdem, exclusо fisco, & è conuerso. Et sequũtur Nicol. Neapo. & Ioan. Plat. ibi, qui eam singu. dicunt: & Guid. Pap. singu. lxxviij. consanguineus. Verùm eam gl. reprobant Ioan. Fab. & Ange. Are. d. §. mariti, quem multi legunt cum §. affinitatis, eiusdem tituli, & idẽ Fab. in auth. prætereà, in fin. C. vnde vir & vxor: nullo enim (inqt in priore loco) iure id potest probari. Imò verò (vt hoc ipsum addas) affinitatis iure nullam successionem permitti, scribitur in l. affinitatis, C. commu. de successio. Bal. tamen in l. j. vers. item quæro si nõ extat, C. eo. tit. vnde vir & vxor, dicit eam glo. esse veram in socero & genero, vt sibi inuicem succedant, exclusо fisco, non etiam in cęteris transuersalibus. Verùm Rapha. Fulgo. Paul. Cast. Ro. Alex. Corn. Iason & Philip. Decius in d. l. j. id nec in socero quidem admittunt, sicuti nec ipsemet Bal. in l. vlt. col. iiij. vers. item quæritur an sit inuenire, C. vnde legi. & Nicol. Vbal. in tractatu de successab intest. col. ij. & Bened. in repet. c. Raynutius. in verbo vxorem nomine Adelasiam, nu. 779. & iterum numero 781. de testa. & Stepha. Bertran. consi. lix. voluissem, in vj. dubio, lib. ij. Cæterùm ipse Bal. in d. l. affinitatis, col. ij. vers. extrà quæro, de hoc cogitandum relinquit, vt sæpe aliàs, ita hîc malè sibi constans.

Affines an fiscum excludant.

§. XV.



SI LE retrayant gaigne sa cause, il doibt auoir les fruictz [a] escheuz depuys la litiscontestation [b] de l'offre. Et doibuent estre deduictz en sort.

Si secundum cõsanguineum iudicatum fuerit, is fructus [a] à litis contestatione [b] oblationis obtinebit: iique in sortem pretij imputabuntur.

LES FRVICTZ, FRVCTVS, GLO. I.



1 INTELLIGE tamen, deductis impendiis & sumptibus factis, præfertim in cultura, & colligendis ipsis fructibus. Nam lex, aut statutũ, aut alia queuis dispositio, loquẽs de fructibus, intelligitur, deductis huiuscemodi impẽsis: vt voluerũt gl. Bar. & Ang.

An in hac restitutione fructuũ

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

debeāt deduci sumptus cultura & collectorum fructuum.

in l.in fundo.ff.de rei vendi.& gl.in §.ex diuerso,ver.certè illud,& ibi Doct.Insti.de rer.diui. glo.in c.cùm antea,in verbo,fructus,& ibi Barba.col.ij.extrà de pign.Iac.Aret.Bar.& Alex. qui adducit concord.& alij Recentiores in l.fructus,per illum tex.ff.sol.mat.idem Bart. in l. cùm quæreretur,§.vlt.ff.de l.iij.& cons.clxxxvj.Cucciarellus,& Specu.tit.de expen.§.j.ver. expēsæ igitur.Bal.& Sal.in l.si quis sciens,C.de rei vend.vbi & hoc dicūt procedere in malę fidei possessore.idem Bal.in l.j.col.iij.per illum tex.& ibi quoq; Ang.C.de fruct. & lit.expe. & in l.neque,ad fi.C.de compens.& in c.cùm Mart.Ferra.col.ij.vers.ibi prouentus,extrà de consti.& in c.ad nostram,le j.in iiij.not.per illum text.vbi etiam est bona gl.extrà de iureiur. & cons.liij.remanentibus,in fin.lib.j.& cons.cccxxiij.proponitur quòd dominus,col.ij.lib.ij Rom. cons.ccxxx.præsupponitur primò.Pau. Cast.cons.ccxxxix.super hoc facto,col.vl.li.j. Fran.Are.con.xvij.consideratis,col.ix.vers.intelligimus tamē.& Fel.qui alios concor. affert, in d.c.ad nostram,col.j.& ij.& Doct.vbique.

De eadēre.

2 ¶Et vltra illos tex.sunt alij plurimi in id optimi,videlicet in l.si à domino,vel à patre, §. vlti. ff.de petit.hære.vbi dicitur ad verbum,Fructus dicuntur deductis impensis,quæ quærēdorum conseruandorúmque eorum gratia fiunt.Subditúrque & hoc procedere etiam in prædone,quem text.dicit singu.& vnicum Ro.singu.cccxxxiiij.malæ fidei possessor.& etiam tex. in l.fundus qui dotis,ff.fami.erciscun.vbi dicitur,quòd nullus casus interuenire potest, qui hoc genus deductionis impensarum impediat. Quem tex.ad hoc commendat, & dicit not. Angel.in l.ait Prætor,§.per hanc,ff.de his quæ in frau.credit.Et tex.in l.diuortio,§.impēdia, ff.sol.matr.vbi glo.& Doct.adducunt quoque concord.& l.fructus,& l.vlti.ff.de ope.seruo. & l.si quis argentum,in princ.cum glo.& ibi quoque Cy.C.de dona.& l. fundi Trebatiani, ff.de vsu & vsufruct.lega.& l.videamus,§.ex causa,& ibi Ange.col.ij.in x.notab.ff.de vsur.& l.quod in fructus,eo tit.vbi ita scribitur,Quod in fructus redigendos impensum est,nō ambigitur ipsos fructus diminuere debere.& ibi quoque Ange.& l.si pupilli,§.sed & si quis, ff. de neg.gest.vbi etiam prædo repetit impensas.& ibi Bal.idē dicit de intruso, & l.quod priuilegiū,ff.deposi.& d.l.ait Prætor,§.per hāc,ff.de his quæ in frau.credito. vbi etiā fraudator sumptus & impensas necessarias deducit;& in l.j.C.de fructi.& liti.expen.;& l.litibus,in fi. C.de agri.& censi.lib.xj.& c.j.& ibi gl.& Hosti.& iterum c.ij.extrà de vsur.& est etiam gl.in c.vobis,in verbo,quid ad causas,xij.q.ij.& in c.grauis,& ibi Panor. de restit.spolia. vbi & ea gl.adducit concord.& in c.ex literis,in verbo,amplius,de iureiur.Idq; etiā procedit in foro, quod conscientię vocant,vt tradit è Theologis scholasticis Richar.in iiij.senten. distin. xv. arti.v.q.vj.Et intelliguntur hæc non solùm in dispositione legis,de qua loquitur d.l.fructus, sed & hominis,vt probatur d.l.fundi Trebatiani,& not.in d.l.si quis argentum.Et id nuncupatim voluit Bar.in d.l.fructus,& multi ex his, quos suprà citauimus, & præterea Carolus Ruin.cons.lxij.circa casum,col.ij.vers.sed ad hoc respondetur, li.j.

Prædo impensas deducit.
Et intrusus.
Et fraudator.
Idque etiā in foro conscientiæ.

3 ¶Et vt hæc specialiter quibusdam similibus cōfirmemus,huc spectat text.in l.Lucius, ff.pro soc.vbi dicitur,quòd lucrum dicitur,quod superest deductis impensis.Cui affine est, quod tradit gl.in l.illud,in verbo,lucrum,& iterum in verbo poterat,per illum tex.& ibi Bal.& alij recentiores,C.de colla.lucrum id dici,quod superest deductis oneribus. quam dicit singul. Bald.in sua Margarita,in verbo,lucrū,vers.vlt.Facit & quod voluit gl.in l.per diuersas,in gl. vlt.circa medium,& ibi Bar.Bal.Sal.Ang.& alij, C.mandat. quòd pretium iustum actionis debet consyderari deductis expensis litis & laboribus,quæ interueniunt ad rei exactionem. Quod dicit Bart.menti tenendum,& facere ad multa,& quòd semper actio debet æstimari, deducto eo,quod communiter impenderetur ad exactionem.Et voluit quoque ipse Sal.in l. ij.col.ij.ver.secundò si minori C.ne lice.potenti.& Barba.qui eam glo.dicit sing.in d.c.cùm contra,col.ij.de pigno.& Fabia.à monte S.Sabini,in tract.emp.& vendi.in v.quęst.prin.col. iiij.vers.quid autem veniat.A quo nec longè abest,quod dicit glo.no.in c.quoniam, in prin. per illum tex.extrà de vita & honesta.cleri.quòd in æstimandis facultatibus est habenda ratio impensarum.& idem in æstimando reditu dicit Bal.& Sal.in l.cohæredibus,C.famil.erciscun.& idem Bal.in d.l.neq;,in fi.C.de compensa.& in l.j.§.exercitorē,ff.de exercit.actio.

Lucrum dicitur, quod superest deductis impensis.
Iustum pretiū dicitur, deductis impensis.
Impensæ deducūtur, in æstimandis facultatibus.
Et in æstimādo reditu.

4 ¶Nec ab his lōgo interuallo distat,quod scribit Bar.in l.quoties,per illū tex.ff.ad le.Falci.cùm donatio,quæ excedit quingentos aureos requirat insinuationem.l.sancimus.C.de donat. si quis donet rem quampiam,quæ pluris valeat,si nihil deducatur:minoris autem, deductis impensis & gabellis,nō requiritur insinuatio:debent enim ad æstimādam rē deduci impensæ.quā decisionē pro sing.refert & sequitur Ro.sing.ccij.dico vnum:vbi dicit Super hoc cōsuluisse,& Frā.Cre.qui & id sing.dicit,sing.clxxj.donatio vltrà quingentos,& Alex.qui alios quoq; adducit in d.l.quoties,& in l.vbi pura,ff.ad Senatusc.Trebel.& Fran.Aret.in d.l.fructus,col.iij.ff.sol.mat.& cons.ij.intellecta,col.iij.ver.& probatur primùm.& Ias.in leg. cùm quædā puella,§.j.col.ij.ver.quartò facit,ff.de iurisd.om.iu.&Firmi.in tract.gabel.in iij.parte viij.partis

Et in æstimanda donatione ad effectū insinuationis.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

viij.partis prin.q.xxviij.Catel.Cot.qui id quoq; dicit sing.memori. statuto Mediolani cauetur,sub rub. de locat.

5 ¶His finitimum est,quod ab eodem Bar.traditum est in l.sed si hoc, quam legit cum l.si vir vxori,§.cuidam,per illũ tex.ff.de condi.& demon.quòd stante statuto,quòd de pretio rei vẽditæ soluatur gabella trium denariorum pro libra,debent è pretio deduci detrahiq; ea quæ impensa sunt in proxenetas,& proclamata.In quo tamen distinguit, vt ibi videre poteris.Et idem voluit ipse Bart.in l.quantitas patrimonij,per tex.optimum ibi.ff.ad legem Falci. & in l.in lege Falcidia,etiam per illũ tex.ff.eo.tit.& in d.l.vbi purè,§.vlt.& ibi Alex.& Fran.Ripa ff.ad Trebel.Ang.& Imo.in l.ciuitatibus,§.eũ cui,qui est vlt.ff.de l.j.idẽ Imo. cons. cxxxviij. præfatus Simus,col.j.ver.ꝙ autẽ dicti.Firmia.in d.tract.gabellarũ, quo loco nup citauimus. Soc.in d.l.fruct°,col.ij.& ibi Ias.col.vl.ff.sol.mat.Fab.in d.trac.emp.& vẽ.in v.parte prin.vbi suprà citauim°,& Ias.in d.l.cùm quædã puella.§.j.col.ij.ver.iij.cũ Bar.& Catel.Cot.vbi sup. *Et in æstimando pretio.*

6 ¶Eiusdem farinæ est,quod tradit Bal.in d.l.j.col.ij.vers.pone,impetraui à Papa,per illũ tex. C.de fruc.& lit.expen.quòd si quis impetrauit à Papa beneficium æstimationis centum ducatorum,& vacet beneficium ducentorũ, sed quæ deductis impensis & oneribus decedant ad centum tantùm:illi debetur eiusmodi beneficium,nec censetur valere, nisi illos centum ducatos.Quod & idem tenuit ipse Bal.in d.l.sed si hoc,§. cuidam,per illum text. ff.de cond. & dem.Raph.Co.in d.l.fructus,ff.sol.ma.Pau.Cast.Alex.Fran.Are. Iason & alij Recentiores in l.non amplius,in prin.ff.de l.j.è quibus tamen ipse Pau.subdubitat, an curia Romana id obseruaret,cùm tales gratiæ sint restringendæ,tãquã odiosæ.& Fel.in c.ad aures,col.pen. vers.duodecima conclusio,de rescrip.& in c.causam quæ,col.viij.vers.tertia declaratio,eod. tit.& in d.c.ad nostram,le j.col.ij.vers.ex his infertur extrà de iureiur.Ias. in d.l.cùm quædã puella,§.j.in fi.ff.de iurisdi.om.iud.& in d.l.illud,in prin.& ibi quoque Phili.Deci.in j.nota. C.de colla.& idem Deci.cons.clvj.statuto cathedralis ecclesiæ, col.j.Io. Lup.in rep.rub. de dona.inter vi.& vxo.char.12.col.iij.vbi & id dicit statuisse Martinũ secundum,in regula cancellariæ,incip.Sanctissimus dominus noster.Rebuf.in tract.Nominationum,in ix.q. princ. nu.35.& in repe.c.postulastis,nu.150.extrà de cleri.excom.min.& Franc.Ripa,in l.j.§. si hæres,col.v.nu.27.ff.ad Senatus.Trebel.De quo,& ante hos omnes per Io.And. in addi. Spec. in rub.de concess.præben.in vlt.q.Cui consonat,quod tradunt D.à Rota deci.702.dic quòd si Papa,in antiquis, quòd si quis opponat beneficiũ pluris valere, quàm fuerit expressum in interpretatione,non auditur,nisi dicat deductis oneribus. *Et in æstimando vacatore beneficij.*

7 ¶Denique his omnibus adde tex.ab ipsis Dominis à Rot.citatum,in c.præsenti,§.porrò, de offi.ord.lib.vj.vbi scribitur,quòd si quis ex priuilegio vel consuetudine sibi prætendat competere bona ecclesiæ vacantis,debet intelligi de his tantùm quæ solutis expẽsis,& salariis famulorum,atque oneribus supersunt.Quem tex.ad hoc expendit glo.in c.si tibi concesso, in verbo,fructus,de præben.eo.li.quæ & ex hoc declarat illũ tex.& Domi.cons.lxxviij.formãtur ista,col.vl.vbi ex hoc dicit,generaliter appellationem fructuum ecclesiæ,intelligi,deductis expensis ministrorum & onerum.Adde(inquam)quod voluerunt Bal. Ang. Raph. Co. Pau.Ca.& Recentiores in d.l.non amplius,in princ.ff.de l.j. quòd si statuto debet solui gabella ex legato,intelligitur de eo, quod superest deductis oneribus, per illum tex.Quod & idem tenent Ang.in d.l.ciuitatibus,eo.tit.& Firmia.in tract.gabellarum,in v.parte viij. partis prin.in ij.q.& alia,quæ in hoc colligit Iason in d.l.non amplius. *Et in æstimandis bonis ecclesiæ vacantis.* *Et in æstimando legato.*

8 ¶Et hæc quidem, quæ diximus de deducendis impensis ex restitutione fructuũ, intelligere debes,etiam si quis iubeatur inferre fructus integros,secundùm Bal.& Sal.in d.l.j.vtrunque col.ij.C.de fruct.& lit.expen.per tex.optimũ in l.j.in verbo,fructus integros, C.de his quib. vt indi.nam ibi dicitur,quòd hæres,qui inultam reliquit necem testatoris,fructus hæreditatis integros reddere cogitur,vt malæ fidei possessor:sed aliis iuribus probatur,malæ fidei possessorem expensas deducere,vt suprà in prin.diximus,& probauimus. & hoc quidem sequitur Franc.Are.in l.diuortio,§.vlt.col.ij.vers.pro intellectu,ff.solu.ma.idem Aret.& Alex.qui tamen distinguit inter dispositionem legis,& hominis,in d.l.fructus,eo.tit.& allegant etiam ipsi Alex.& Iason tex.in l.diuortio,eo.ti.quę similiter loquitur de fructibus integris,& tamẽ intelligitur deductis impensis,per d.l.fructus,quæ loquitur in eodem casu. Et idem quoque voluit Cor.cons.cclxxxix.videtur in hac,col.vlt.ver.non obstat quod dixi,li.j.& Caro.Rui. qui nuncupatim damnat illam distinctionem Alex.d.cons.lxij.col.ij. lib.j. *Quid si quis iussus sit inferre fructus integros.*

9 ¶Quanquàm huius contrarium expressè tenuit Ro.in d.l.fructus,per tex.in l.vlt. C.ad leg. Fal.& in l.Mæuio,§.à me,ff.de lega.ij.& per gl.in l.decem,ff.de fideic.liber. & eum nuncupatim sequitur idem Alex.sibi contrarius cons.cxxxiij.super quæsitis,vers.& similiter in proposito,lib.v.& idem quoque voluit Barb.qui Ro.nõ meminit,in repe.c.Raynaldus,col.lxv. *Decadẽre.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

verſ.ſed adhuc poſſet argui,extrà de teſta.& Anto.Corſe.in ſuis ſing.in verbo,integrè, & Io. Lup.in repe.c.per veſtras,extrà de dona.inter vir.& vxor.char.totius illius operis 98. col.iij. verſ.facit præterea.Nec mihi obſtare videtur text.in d.l.j.C.de his quib.vt indi.& in d.l.diuortio,quia ibi non fit mentio integrorum fructuum reſpectu ſumptuũ,ſed temporis:vt ſcilicet ſoluantur ab initio,& ante cõtrouerſiam motam.Super quo vide quę in ſimili à noſtris Doc.traduntur in ea quæſtione, vtrùm ſi teſtator iuſſerit integram hæreditatem reſtituĩ, ex hoc videatur prohibuiſſe detractionem Trebellianicæ,vt per Bart.Ange.Frã.Are.Alex.qui alios affert,in l.Centurio,ff.de vulg.& pup.ſubſt.& eundem Alex.conſ.v.circa primum dubium,col.vlt.verſ.circa ſecundum, lib.iij.cum aliis ſimi.

Impenſæ nõ deducũtur ex decimis prædialibus.

10 ¶Fallit tamen primò quod generaliter dictum eſt de deductione impenſarum, vt non procedat in ſolutione decimarum prædialium:quia hæ debentur ex fructibus,ſine aliqua deductione impenſarum culturæ,vel collectionis,per tex.in c.tua nobis,& c.paſtoralis, & c.non eſt in poteſtate,& c.cùm homines,extrà de deci.& voluit etiam gl.in d.l.ſi à domino,§.vlt. in verbo,impenſis,& ibi quoque Alber.& Bal.ff.de peti.hær.& omnes propè in d.l.fructus,ff. ſolut.matr.Hoſtien.& Goſ.in Summa,tit.de deci.& Alber.in d.l.fundus,in princip.ff.famiercis.& Doct.vbique ne quidem enim vnus contradicit.Nam tex.illi adeò ſunt in hanc ſententiam aperti,vt nullo pacto cauillari poſſint.

Quid,ſi fiſco ſolui debet certa pars fructuum.

Argumentũ ab æquiparatis vide numero ſeq.

11 ¶Et ex hoc inferũt,(& hæc erit ſecũda fal.)Sal.& Pau.Caſt.in d.l.fructus, quòd cùm fiſcus & eccleſia æquiparentur,l.vlt.C.de ſacro.eccl.certè etiaſi ex fructibus agri debet ſolui certa pars fiſco,intelligitur,non deductis impenſis, quemadmodum nec in decima ſoluenda eccleſiæ.Et idem videtur voluiſſe,licet à pleriſque in contrariam ſententiam allegetur, Bal. in d.l.ſi à domino,§.vlt.Et hoc quoq; expreſsim voluit Matthæ.Afflic.in conſti. Siciliæ, incip. quanto,in ix.q.& iterum in deciſ.Neapo.cclij.magnificis,col.iiij.ver.item vbi datur.Et facit pro iis argumentum ab æquiparatis,vt ſcilicet diſpoſitum in vno habeat locum & in alio,gl. vt communiter allegatur in l.ſi quis ſeruo,in fin.C.de furt.Sed melior eſt gl. etiam loquens in pœnalibus,in c.ſi poſtquàm,§.vlt.in verbo,prouiſione,& ibi Domi.de elec.lib. vj. cum ſi. Sed ita,vt non omiſerim,id quoque procedere in correctoriis,ex ſententia Bart. in auth. ſed cùm teſtator,col.ij.C.ad leg.Falc.& in l.Marcellus,in prin.ff.ad Trebel.& Iaſonis, qui alia quædã affert conſ.cxxxiij.in caſu ad me tranſmiſſo,col.pen.verſ.ſecunda regula.lib.j.quibus adde gl.Zenze.in extrau.Io.xxij.incip.ad onus,in verbo, electis.

De eodem.

12 ¶Verùm huius contrarium,vt ſcilicet fiſco ſint deducendę impenſæ,tenet idem Bal.vbique ſibi contrarius,in d.l.j.col.j.verſ.modò accidit,C.de fructi.ac lit. expenſ. vbi refert ita Bar. conſuluiſſe,idem Bal.Ang.Imo.Rapha.Co.Ro.Alex.Fran.Aret.Soc.& Iaſon in d.l.fructus, ff.ſol.mat.Fel.in d.c.ad noſtram,le j.col.ij.de iureiur.Neque enim(inquiunt)eadem eſt vtriuſque ratio:quia vt dicitur in d.c.tua nobis, decima eſt tributum animarum egentium:ideò eſt ſuper omnia fauorabilis,l.ſancimus,C.de ſacro. eccleſ. Id autem, quod fiſco debetur ex fructibus agrorũ,eſt tanquam gabella quædam,quæ contrà odioſa eſt:vt per Bar.in l. ſi pupillus.§.vlt.ff.ad leg.Falc.Ideò nõ debet ſumi argumentum de vno ad alterum : vt etiam de æquiparatis voluit glo.notab.in c.præſenti,in gl.j.de ſent.excom.eo.lib.vj. vbi Domi. col.ij. verſ.nota bene.dicit eam bene not.ad limitationem glo.in d.c.ſi poſtquàm.Quo etiã in loco ipſe Domi.idem dicit.Præſertim verò in hoc caſu,in quo æquiparatio, quæ fit de eccleſia & fiſco,habet multas differentias:vt apud illos,maximè verò Ale.in d.l.fructus,videre poteris.

Quæ in fructibus reſtituendis eccleſiæ.

13 ¶Ego verò arbitror,& in eccleſia quoque,præterquam in illo caſu ſpeciali decimarũ,impenſas eſſe deducendas ex fructibus.nam tex.& gl.in d.c.grauis,extrà de reſti.ſpol. qui ſtatuunt huiuſmodi deductionem fieri,loquuntur nuncupatim in fructibus eccleſiæ reſtituendis.Ex quo etiam præter ea,quæ diximus in præcedenti verſ.planiſsimè liquet, falſam eſſe priorem illam Sal.& Pau.Caſt.opin.in d.l.fructus.Quanquàm Soc.ibi col.j.ita de ea re loquitur, vt videatur generaliter velle,ex fructibus,qui debentur eccleſiæ,vel alteri piæ cauſæ,ex diſpoſitione hominis,ſiue legis,non deducendas eſſe impenſas.In qua re toto cælo, quod dicitur, errat,vt vides.Et quòd ſpeciale ſit in decimis,voluit etiam gl.in d.c.paſtoralis, in verbo credimus,& ibi Doct.poſt eam, de deci.

Quid in fructibus decimæ perſonalis.

14 ¶Quod autem diximus,non deduci impenſas ex decima eccleſiæ,intellige primò ſecũdùm ea quæ diximus in decima reali.Aliud enim eſt in decima perſonali,quæ ſcilicet ſoluitur ex aliqua negotiatione:nam ex ea deducuntur impenſæ,vt cauetur in d.c.Paſtoralis,& ibi Inn. & alij,extrà de deci.glo.Albe.Bal.& Ang.in d.l.ſi à domino,§.vlt.ff.de peti.hæred.Bal.in d.l. j.col.j.& ibi quoq; Ang.in fi.C.de fruç.& lit.expen.vbi rationẽ addit Bal.ipſe,quia decimæ reales percipiuntur Dei beneficio, ſed perſonales hominis ingenio:quamuis totũ procedat

à Deo,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

à Deo,tãquam à prima causa & radice omnium entium:vt etiam probatur in d.c. tua nobis, de dec.Sed & alias huius rei rationes videbis apud glo.& Doct.in d.c.pastoralis, & Soc. in d.l.fructus,col.j.

15 ¶ Intellige secundò,quod diximus non deducendas esse impensas ex decima prædiali, procedere,præterquàm in ea,quæ Papæ debetur:nam ex ea deducũtur,per constitutionẽ Io.vigesimi secundi incip. suscepti regiminis, prout retulit glo.in cle.ij.in verbo,taxationẽ, & ibi cæteri post eam,de deci.& Ant.in d.c.cùm homines,extrà eo.tit.& Fran.Aret.in d.l.fructus, col.iij.ff.sol.mat.& Matth.Afflic.in d.consti.Siciliæ incip.quanto.Sed illa cõstitutio,vt habetur in nostris codicibus,qui vulgò circunferuntur,nihil omnino loquitur de detrahẽdis, vel nõ detrahẽdis impensis:nec de decima quoq; debita Papæ,sed de alia quadã specie decimę, quę illic iubetur dari vice ac loco nescio quorũ annalium:& Zenzel.ibi,in verbo,aliis ecclesię oneribus,disputat an in ea deducẽda sint onera,&alia huiuscemodi,vt ibi videre poteris. *Quidin decima prædiali debita Papæ.*

16 ¶ Fallit secundò principaliter,quod dictum est,impensas esse deducẽdas ex fructibus,vt scilicet non procedat in legato fructuum,quod omnino esset inutile,si deducerentur impensæ: tunc enim non deducuntur,per tex.in l.qui concubinam,§.qui hortos,iuncta gl. notab. ibi, qui id scienter declarat,ff.de l.iij.& hoc quoque intelligit Bar.in l.his verbis.§.vlt.eo.tit.Frã. Are.& Ias.in d.l.fructus.Et hoc quidem(vt id illis addã)fulcitur ex regula illa generali, qua omnes dispositiones ita interpretari & intelligere debemus,ne sint inutiles,superuacuæ, inefficaces,vt latè tractabimus in nostro tracta.cui titulum nuncupauimus, Nihil frustra. *Quid in legato fructuum.*

17 ¶ Fallit tertiò,vbi ita cautum esset,vt de qualibet corbe frumenti,ex illo agro collecti,tãtùm soluatur nomine gabellæ:vel si dicatur,Dono tibi decem corbes frumenti ex eo fundo, aut aliis similibus verbis, expressa scilicet certa & determinata quantitate, aut mensura. Tunc enim non deducuntur impensæ,per l.si debitor,§.verisimile,cũ ibi notatis,ff.de cõtra.empt. & not.per Bar.& alios in l.inter stipulantem,§.sacram,ff.de verbo.obli. Ita enim voluit ipse Bar.Bal.Imo.Ale.Fran.Are.Soc.& cõmuniter omnes in d.l.fructus.Bal.in d.l.j.col.iij. C.de fruct.& lit.expen.& ibi Alex.aut quisquis est in addi.illius.Imo.in l.sed si hoc,§.cuidã, ff.de condi.& demon.Panor.in d.c.pastoralis,col.vlt.extrà de deci.Flor.in l.videamus, ff.de vsur. Firmi.in tracta.gabel.in ij.parte viij.partis prin.in v.q.Estq; optima huius ratio:nam impẽsæ non possunt minuere quod certum est & determinatum,l.meritò,§.à me,ff.de leg.ij. & facit l.quod dicitur,ff.de impen.in re dota.fac.Quanquàm Ro.in d.l.fructus,huic sententiæ omnino non accedit,propter gl.in l.si quis argentum,§.j.C.de dona.Cui tamen respõdet Alex. ibi col.iij.& in addi.Bal.si is est,in d.l.j.de fruct. & lit. expen. *Quid de fructibus certa mensura,aut quantitatis.*

18 ¶ Fallit quartò quando nominantur fructus iam pendentes, siue extantes, videlicet si quis donat omnes fructus,qui sunt in tali agro meo, siue fructus huius anni talis agri mei. Tunc enim debent intelligi integri,vt nunc sunt,& sine deductione siue detractione expẽsarum,l. si pendentes,in prin.& l.quoties,§.si colono,ff.de vsufr. & l. vlt.§.pen. ff.de his quæ in frau. cred.& voluerũt Bar.Bal.& alij in d.l.fructus,ff.sol.mat.& Bal.in d.l.j.col.iij.&ibi Pau.Cast. in fi.C.de fruct.& lit.expen.Panor.in d.c.pastoralis,col.vl.Flori.in d.l.videamus, ff.de vsur. Matth.Affli.in d.constitutione incip.quãtò,Steph.Bert.cõs.cclv.visis petitionibus,col.j.li.j. *Quid,cùm queritur de fructibus pẽdentibus.*

19 ¶ Fallit quintò,cùm dominus locat,aut aliter dat fundum colendum,ea lege, vt certam aliquam portionem fructuum accipiat:tunc enim debet habere eam partem integram, & sine deductione impensarum culturæ,& colligendorum fructuũ: tanquã scilicet colonus ponat impensas & operas pro reliquis partibus,quę sibi ex fructibus agri alieni remanent,ar.l.si cũ duobus §.si in coeũda,ff.pro soci.& est tex.expressus in d.c.tua nobis,de deci.vbi & hoc no. Inno.Host.Io.And.qui hoc dicit obseruari de generali consuetudine.Car.Flor.& Pan.in iij not.& idẽ Hosti.& Panor.in d.c.pastoralis,eo.tit.Iac.Are.Alb.Bart.Bal. & omnes propè in d.l.fructus,ff.sol.mar.qui & hoc dicunt obtinere de communi vsu & consuetudine.Cy.post Iac.Are.in l.j.in fi.& ibi quoque Bal.in vij.q.C.pro socio.Io.Andr.in addi.Spec.ti.de loca.§. postquàm,vers.quid si tibi locaui fundum.Iac.Bu.Bar.Bal.& alij in d.l.j C.de fruc.& lit.expen.Alb.& Bal.in d.l.si à domino,§.vl.ff.de pet.hære.Corn.cõs.cclxxxix.videtur in hac,post prin.& iterũ col.iij.vers.& hinc est quòd colonus,lib.j.& Matth.Affli.in d.const.quãtò,& in d.deci.Neapo.cclij.col.iiij.vers.propterea dicit.& Steph.Bertran.d.cons.cclv.col.j.nu.4.li.j. *Quid cùm fundus ita datur, vt dominus certam portionem fructuum accipiat.*

20 ¶ Et hanc quidẽ fallentiã(vt nostri appellãt)huc priuatim separatimq; ascribere voluimus, vt res esset notior & apertior omnibus.Quãuis Panor.in d.c.pastoralis,eam confundat, misceatq; cum eo quod suprà diximus in decima prædiali,in prima fal.& cum eo quoq;, quod diximus in iij.fallen.tanquã scilicet hæc omnia ex eodemveluti fonte oriantur.Cui tamen in

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

hac re non omnino assentitur Ias.in d.l.fructus,in fi.ff.sol.mat.Sed satis mihi est,hanc rẽ Lectoribus obuiam atq; expositã exhibere,reiecta illa non admodũ vtili(ni fallor)disputatione.

21 ¶Fallit Sextò,vt scilicet fiat expensarum deductio in fructibus,nisi quis huiusmodi expensas faciendo delinqueret.vt si fructus immaturos decerpserit.Nam tunc nõvtitur illo beneficio deductionis impensarum,nec repetitionis earum,l.si seruus seruũ,§.si oliuam,ff.ad l. Aquil. & ita generaliter voluit Flori.in l.fundus,ff.com.diuid.vbi & ad hoc allegat l.si fundi, ff.de rei ven.qui nihil mihi ad hoc facere videtur.Et fortè non habet locum,nisi in casu d.§.oliuã, cùm videlicet decerpti sunt fructus immaturi. Nam & prædo etiam has impensas deducit, vt suprà diximus ex text.in d.l.si à domino,§.vlt.ff.de rei vẽdi.Et fraudator ex d.l.ait Prætor, §.per hanc,ff.de his quæ in frau.credi.Sed & quod de fructibus immaturis dictũ est,intelligi debet secundùm l.in fructu,quæ est pen.ff.de vsufr.lega.& in l.si absente, §.syluam, & ibi gl.ff.de vsufru.& dicemus infrà tit.seq.qui est de retractu cõuentionali,§.v.in verbo,pro rata temporis,quæ est gl. iiij.nu.15.illud quoque queri.

Quid, si quis delinquat faciẽdo expensas.

22 ¶Fallit septimò,si quis venderet dimidiam,aut aliam certam portionem fructuum. Nam is non deducet expensas,cùm homines ita vulgò dicant, hoc anno tantum fructuum percepi: nec vulgari modo expensas detrahũt,cui quidem vulgari modo standum est,l.cùm de lanionis,§.asinam,ff.de fund.instruc.& l.anniculus,ff.de verbo.sign.Ita voluit Bald. in d.l.j. col.j. C.de fruct.& lit.expen.Et id dicit generale,cùm nomen fructuum apponitur ab homine in contractu.Quę verba sunt Iac.Arena.in d.l.fructus,ff.sol.mat.& Fran.Pisa.vt refert idẽ Bal. in d.l.si à domino,ff.de peti.hære & idem quoque sequitur Sal.in d.l.j post principium, & Panor.in d.c.pastoralis,ad fi.de deci.& Matthæ.Afflict.in d.constit.quanto. Sed tu hîc omnino vide Recentiores super hoc,in d.l.fructus.

Quid in venditione certæ portionis fructuum.

23 ¶Fallit octauò,cùm fructus alteri non debent restitui, sed tantùm aliquid præcipitur solui: verbi gratia,statuto cauetur,vt omnium fructuum,ex prediis collectorum,soluantur sex denarij pro libra.Nam tunc non deducentur impensæ,vt dicit Sal.in d.l.j.col.ij.vers.itẽ quero, pone quòd statuto, C.de fruct.& lit.expen. Nam quòd leges (inquit) dicunt, impensas esse deducendas ex fructibus,loquuntur, cùm fructus sunt alteri restituendi. In hoc autem casu aliud est,in quo fructus ipsi æstimantur,& pro libra sex denarij soluuntur:vnde à verbis statuti nõ est discedendũ,quæ considerant tantùm quantitatem perceptorum.Licet(vt subdit) Bal.ibi sentiat contrarium.Et facit quod tradit Ang.in d.l.fructus,in fi.ff.sol.mat.& Fabia.à mõte S.Sabi.in tracta.de emptio.& vend.in v.q.principa.col.iiij.vers.quid autem veniat,ibi, aut simpliciter de qualibet.& Caro.Molendi.in consue.Parisiẽ.tit.j.§.xxiiij.in prima q.in fi.

Quid, si quid inbeatur solui ex fructibus.

24 ¶Sed prætereà,quæ dicta sunt,Primò quæri potest,Quid de sumptibus & impensis nõ illis quidem,quæ factæ sunt causa quærendorum colligendorúmq; fructuũ,de quibus suprà diximus,sed quæ ad perpetuam rei vtilitatem pertinent: an & eæ deduci debent ex fructibus, vt illæ aliæ:Bal.in d.l.j.col.j.vers.quod dixi,C.de fruct.& lit.expen.dicit has expensas nõ minuere fructus,sed ob eas competere rei retentionem,donec solutæ fuerint,per l.planè, ff.de petitio.hære.At idem in l.in insulam,§.fructus,qui est j.ff.sol.mat.tradit, & has quoque impensas cõpensari cum fructibus,per l.sumptus,ff.de rei vẽd.& not.in l.in fundo,ff.eo.tit.Tu autẽ hîc vide tex.in l.vel si vitis,§.j.& l.quod dicitur,la j.ff.de impẽs.in re dota.fact.& ipsum Bald.in l.diuortio,§.impendia,ff.soluto matr.Sed & de his dicemus infrà tit.seq.§.vij.eodẽq; vlt.nam ille §.de his specialiter loquitur.

Quid de impensis factis ad perpetuam rei vtilitatem.

25 ¶Secundò Quæro,qnid de impensis factis pro custodia agri,domus,aut castri,ne scilicet ab hostibus capiantur,néue à furibus diripiantur:an & hæ deduci debent? De qua re non longius tractabo,sed tantùm vide tex.& Bar.in l.cùm quæreretur,§.prædiis,& ibi omnino Alex. in addi.ipsius Bart.ff.de leg. iij.& text.in l. quod dicitur impensas, quæ est pen. & ibi etiam Bar.ff.de impen.in re dot.fac.& tex.in l.si ita,§.vlt.ff.de fun.instr.& in d.l.diuortio, §.impẽdia,& ibi Imol. Raph.Co.Pau.Ca.Alex.Fran.Are.& Ias.ff.sol.mat.Bal.in d.l.j. col.ij. versic. quæro nunquid expensæ,& iterum col.vlt.vers.quæro nunquid sumptus, C.de fruct. & lit. expen.& consil.cccliij.ad euidentiam,col.j.li.j.Imo.Rapha.Co.Pau.Cast.Floria.Ange.Per. & Ias.in l.sumptus,quam nonnulli legunt cum l.domos,ff.de l.j.Raph.Co.cons.xix.quidam nobilis.Pau.Ca.& Franc.Are.in d.l.fructus,ff.sol.ma.Ro.}in l.si à domino, vers.no. vlrimò. ff.de petit.hære.}sing.cccxxxij.malæ fidei possessor potest & Barba.cons.lvj.omnipotentissimi,col.iiij.lib.iiij.Has autem esse necessarias,aut certè vtiles,suo nos exemplo docuit bonus ille paterfamilias,qui Matthę.xxj.& Marci xij.posteaquàm vineam plantauit,in ea continuò turrim ædificauit.qua enim alia de causa id egit,nisi illius custodiendæ gratia, vt scilicet ea hostes,furésque arceret?

Quid de impensis factis pro custodia agri.

TER

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

26 ¶TERTIO quæro, quid si emi boues pro cultura fundi mihi venditi, quos casu quodam amisi: vtrùm in restitutione fructuum potero eos deducere? Bal. in d.l.j. C. de fruct. & lit. expen. negat deducendos: quia iste sumptus non est factus in re ipsa, argu. l. damnum, ff. loca. quod dictum pro pulchro commendat. & sequitur Franc. Cre. not. cxxxiij. tu scis, quòd fructus, & pro sing. Catel. Cot. memor. incip. fructus. vbi tamen de hoc dubitat, vt ibi videre poteris. Tamẽ pro Bal. facit tex. in l.j.§. in necessariis, & in d.l. quod dicitur, la j. ff. de impens. in re dotal. fact. vbi dicitur, eas demum impensas dotem minuere, quæ in dotem factæ sunt: cæterùm si extrinsecus, non habent in se reputationem. *Quid de bobus emptis pro cultura agri, & postea casu amissis.*

27 ¶QVARTO quæro, quid veniat appellatione fructuum? Super quo vide text. in l. qui fundum, §. vlti. ff. de contrah. emptio. & in d.l. diuortio, §. si fundũ, & ibi Docto. præsertim Alex. col. pen. ff. solu. matri. & in l. pen. & ibi Bart. ff. de vsufruct. lega. & in l. venationem, & in l. in pecudum, ff. de vsur. Innocen. in c. in literis, col. j. de restit. spol. & in rub. de re iudic. post medium ibi, nomine autem fructuum. Io. And. in c.j. col. j. eo. tit. Specul. tit. de deci. §. j. versi. vltimò quæritur, qui est pen. & tit. de loca. §. j. col. vlt. versi. illud autem quæritur. & in titu. de hæret. ad fi. Archid. in c. ecclesias, col. vlt. xiij. q. j. Zenzel. in extrauag. Ioan. xxij. incip. suscepti regiminis, in verbo, fructus: vbi etiam docet, quid interfit inter fructus & obuentiones. Bar. in l. vlti. ff. solu. mat. & in l. ex diuerso, col. j. ff. de rei vend. & in l. cùm in plures, circa medium, ff. loca. & in l. quædam, §. nihil, & ibi Ang. & Alex. ff. de eden. Bal. in d.l.j. col. iij. ver. extra no. C. de fruct. & lit. expen. & in l. pro oneribus, & iterum in l. vbi adhuc, col. pen. C. de iure dot. & in l. traditio, ad fi. C. de act. emp. & in c.j. §. his consequenter, in fi. tit. hîc finit lex Corra. & in c. cùm Mart. Ferra. col. ij. versi. nota, quòd nomine fructuum, extrà de const. Panor. in c. pastoralis, in fi. de deci. & in c. salubriter, ad fi. & ibi Barba. de vsur. Ro. consi. lxx. visis themate & quæstione, col. pen. versi. secundò quia probatum est. Alex. & Ias. in d.l. diuortio, in prin. illum quidem col. ix. versi. in gloss. in verbo, quarta, hunc autem, col. ij. ff. solu. matr. Alex. consi. clxxxj. in causa & lite vertente coram arbitris, col. pen. & vlt. lib. ij. & consi. cix. viso processu, ad fi. lib. iiij. Io. Ferra. in titu. forma libel. in actio. real. in verbo, simul cum fructibus, in fi. & nouissimè Chasse. tit. *des droictz appartenans à gens mariez*, §. xvij. in verbo *& faire les fruictz siens*, col. ij. versi. & similiter. *Fructus appellatione quid veniat.*

28 ¶QVINTO quæro, vtrùm hîc sint restituendi fructus, nõ modò percepti, sed & qui percipi potuissent, aut à possessore, aut ab eo, cui restituendi sunt: intelliges ex scriptis à gl. Albe. & aliis in l. si fundum, C. de rei vendi. & glo. vlt. in c. cùm causa, & ibi Host. Io. And. & Pan. de offic. deleg. D. à Rota dec. DXCVIJ. si spoliatus, in antiquis, & Bernar. Bisguet. in dec. ipsius Rotæ tit. de restit. spol. c. xj. an in condictione. Bart. Bal. Sal. & aliis, in l. domũ. C. de rei ven. Bar. & aliis in l. fructus, ff. eo. quoq; tit. & in l. si nauis, §. j. eo. itẽ tit. & Bart. in l. apud Iulianũ, §. fructus, & ibi Sal. Ang. Raph. Flori. Imo. Pau. Cast. Alex. Fran. Are. & Ias. ff. de leg. j. Bar. & aliis in l. ij. C. de fruct. & lit. expen. Ang. in l. si nauis, in fi. ff. de rei vendi. & cons. cccviij. portio hæreditatis. Anto. & aliis in c. grauis, de restitu. spolia. Imo. consi. lxxiij. in casu proposito, in fi. Ro. singu. cccxxxv. malæ fidei possessor tenetur, & iterũ cccxlj. tu scis quòd malæ fidei. Mathesi. not. clx. nota, quòd malæ fidei possessor. & Franc. Cre. sing. 134. tu scis, quòd titulus. Fr. Are. consi. xvij. consideratis, col. antepen. versi. de parte autem Nicolai. Cano. post gl. in c. cũ contra, extrà de pigno. Barba. consi. lxxx. illud, col. vij. versi. capio tertium, lib. iij. Fr. Cur. senior consi. lxxij. princeps, col. j. & seq. & vide tex. in l. sed & si, §. sed fructus, ff. de peti. hære. *Fructus percipiẽdi, nedum percepti, an sint restituendi.*

29 ¶SEXTO quæro, quid si è diuerso emptor percepit ex fundo vberiores fructus ob ipsius artificium & industriam in his rebus singularem, quos consanguineus ipse retrahens non fuisset percepturus, si fundum ipsum possedisset. An & hos queque emptor restituet? Vide Bal. & Ang. par nobile fratrum, in l. cæterùm, ff. de rei vendic. & eundem Bal. in l. si traditio, col. vlti. in x. q. C. de act. emp. Sal. in l. post perfectam, in fi. C. eo. tit. Bart. in l. ratio, §. j. ff. eod. tit. Rom. dicto sing. cccxxxv. malæ fidei possessor tenetur. Ex his enim facilè intelliges, quid in nostro hoc casu dicendum sit. Sed interim non omittas text. in l. cùm hæreditas, ff. de petitio. hæredit. & in l. cùm autem, §. vlti. ff. de ædili. edict. *Quid, si emptor sua industria fructus vberiores percepit.*

30 ¶SEPTIMO quæro, an & emptor, à quo retrahitur, possit repetere, aut deducere nõ tãtùm sumptus & impensas à se factas gratia colligendorũ fructuum, de quib. suprà in principio, latè diximus, sed etiam pretium operarum suarum. Et id quidem propè sine dubio est quando & malæ fidei possessor id quoq; imputet & repetat, ex sentẽtia Bal. & Sal. in l. si quis sciẽs, C. de rei vẽdic. vbi tamẽ Bal. dicit nullã eius rei esse legẽ expressam, cuius meminerit. & Pau. Cast. qui id dicit no. in d.l. diuortio, §. impendia, col. ij. ff. solu. mat. Et vide Bald. in l. æde, col. iij. versic. sed nunquid colonus, C. de locato, vbi dicit colonũ, qui propter nõ solutã pensionem expellitur maturis fructibus huiusmodi operarum suarum pretium repetere. *An emptor etiam pretium operarum suarũ possit imputare.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

31 ¶ OCTAVO quæro, quid si ipse emptor fructus integros restituit sine dedu ctione impensarum & operarum collatarum gratia ipsorũ fructuum, an easdem poterit posteà repetere, vide gl. in l. qui exceptionem, §. j. in verbo, condici, & ibi Docto. ff. de condi. inde. Per. Dyn. Cyn. Bal. & Sal. in d. l. si quis sciens, C. de rei ven. & quæ dicemus infrà titu. seq. §. vij. gl. j. nu. 7. quartò declara, ex quibus cognosces, quid hic dicendum sit.

Si emptor fructus integros restituit, an posteà poterit impensas repetere.

DE PVIS LA LITISCONTESTATION, A LITIS CONTESTATIONE. GLO. II.

1 APVD multos controuersia est, quando & quomodo fiat litiscontestatio, aliis dicentibus, fieri per petitionem & responsionem negatiuam: aliis & per affirmatiuam quoque, vt scilicet cùm reus fatetur: aliis denique etiam per dubitatiuam. Quam rem aliter non ducimus speciatim tractandam, contenti, vt sæpe aliàs, sedes huius dissertationis præcipuas designare. De hac re igitur multa per glo. in c. dudum, in verbo, responsionem, extrà de elect. Docto. in l. j. C. de litiscontest. & in c. j. extrà eo. tit. Specu. eodem quoq; tit. §. nunc dicam, ferè per totum, & ibi etiam Ioan. Andre. Dom. à Rota decisi. xij. si pars rea, in nouis. Cyn. in l. ij. in iiij. quæst. C. de iura. calum. Barto. & Bald. in l. quòd si dubitetur, ff. de acquiren. hæredi. Bart. & alios in l. si domus, §. in pecunia, ff. de legat. j. Bal. in l. si reus paratus, in vtraq; lect. & ibi quoque Paul. Cast. ff. de procurat. Maria. Soci. in tractato, quem priuatim fecit de litiscontestatio. in princ. Corn. consi. cccxxxij. licèt plerunque, per totum, lib. j. Geor. Nat. in repe. cle. sæpe, in princ. in gloss. super verbo, litiscontestatio, quæ est in col. lxxxj. & seq. de verbo. signifi.

Litiscontestatio quãdo & quomodo fit.

2 ¶ Vnum tamen hoc potissimum loco impingam, ab instituto nihil prorsus dissentaneum; quod scribit Festus Pompeius vir antiquitatis peritissimus lib. iij. non semel, Contestationẽ hinc dici, quoniam ordinato iudicio vtraque pars dicere solebat, Testes estote. Quæres mirum in modum fauet eorum partibus, qui negant contestationem fieri per confessionem: quòd tunc nullis sit opus testibus, vel eorum testimonio, qui apud Diuum Matthæum c. xxvj. clamabant, Quid adhuc egemus testibus? siue vt scribitur apud Diuum Lucam, cap. xxij. Quid adhuc desideramus testimonium? Nam & si verum huius vocabuli etymum tradit Pompeius, contestatio tantùm fieri dicitur, cùm propter partium controuersiam opus est testibus, qui negotium dirimant. Ex quo & contestari est testes ciere, vocare, nominare. Tullius in actione sexta in Verrem: Syracusis flens ac deos homines q; contestans, clamare cœpit. Et in oratione pro L. Flacco: Cùm ego te Flacce cœlum noctemque contestans, flens flentem obtestabar. Quod & testari etiam simpliciter dicitur. Idem Tullius in oratione pro Cecinna: Ego omnes homines deosque testor. Virgilius lib. ij. Æneidos:

Contestatio vnde dicitur.

Contestari quid sit.

Testari.

Vos æterni ignes, & non violabile vestrum
Testor numen. — Et lib. iij.
— *Per sydera testor.* Et lib. iiij.
Testor chara Deos. — Et paulò pòst,
Testatur moritura Deos. — Et Porcius Latro in sua aduersus Catilinam declamatione: Testor noctem ipsam impiarũ molitionum tuarum consciam ac testem, &c. Et Hieronymus in vita Pauli Eremitæ: Quod ne cui impossibile videatur, Dominum Iesum Christum testor, & sanctos Angelos, &c. In qua etiam significatione Tullius testificandi verbo est vsus episto. ad Atticum lib. x. Nam Deos (ait) homines que amicitiam q; nostram testificor.

Testificari.

3 ¶ E X eo autem quod nostra consuetudo dicit, consanguineum, si obtineat, & fructus quoque à lite contestata obtinere, satis declaratur, fructus præcedentes emptoris manere, nec eos restituere debere: nam & interim, scilicet durante tempore retractus est rei dominus, vt diximus suprà eodem tit. §. xij. in gloss. j. in princ. Nec per huiusmodi retractum venditio retrahitur, vt ex tunc, vt nostri loquũtur, scilicet ex tempore venditionis, sed vt ex nunc, id est ex tempore ipsius retractus: quia cùm facultas ipsius dependeat ex mera voluntate consanguinei, non retrotrahitur. l. vltima. ff. quæ res pigno. obligar. possit. & l. j. in fin. ff. qui pot. in pigno. habe. Et ita voluit expressim Alberi. in j. parte statutorum, quæstio. xcvij. sed nunquid proximior. & Paul. Castr. consil. lxxiiij. in causa mota per dominam Dorotheam, col. j. lib. ij. & Geral. Bagoil. in sua dispu. retractus, per multas rationes, quas illic allegat, & ad alias respondet, quæ videbantur innuere contrarium, vt ibi videre poteris, neque enim diutius immorari volumus in re non admodum ambigua: quando & id copiosissimè tractauit Ioan. Igne. in repeti. l. dudum, col. xxvj. num. 41. versi. sed circa præcedentia, cum multis sequen. C. de contrah. empt. Et id quoq; è Theologis tenuit Ioan. Gerson in tractatu de contractibus, parte j. consider. xvij.

Emptor, à quo retrahitur, an reddat fructus antè perceptos.

¶ Et

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

4 ¶ ET hæc quidem de tempore ante retractum, siue litem, quæ super hoc mouetur. Nam de sequenti posset dubitari, an emptor debeat fructus restituere, vel à tempore oblationis, vel citationis, vel litis contestationis. De quo nominatim disserit Pet. à Bella Pert. in l. vinũ, ff. si cer. pet. vbi tandẽ concludit, fructus non restituendos, nisi à tẽpore litis cõtestatæ. & hoc sequi videtur Albe. quo loco suprà citauimus: vbi & hoc in vtranq; partem disputat: quem ibi vide: nã cùm nostra consuetudo id apertè definiat, non est opus hic diutius immorari. Sed tamen in hoc quoq; vide Io. Fab. qui post Iac. Ra. istud expressim voluit, in §. actionũ autem quædã, col. ij. versi. & ista faciunt, Instit. de actionib. Oldr. in l. vltima. C. in quibus causis in integ. restit. non est neces. Guid. Pap. consi. cclvij. cauetur de consuetudine, col. ij. versic. sed nónne in casu proposito. & latissimè Igne. in d. l. dudum, vbi nuper citauimus. & Boë. tit. *de retraict*, §. iiij. col. ij. versi. sed quid an emptor. Super hoc autem variæ sunt Galliæ consuetudines, vt videre licet apud Meldenses, cap. lxxxvj. Melodunenses, cap. xlvj. Senonenses, cap. xxxj. Trecenses, cap. cij. & cap. clvj. Ambianenses, cap. xlvij. Andegauẽses, ca. ccclxxx. Bornienses, ca. cccclxxxij. Blesenses, ca. cxcviij. Angolismẽses, ca. lxvj. vbi eadẽ omnino est cõsuetudo, quæ hic apud nos est Rochelenses, cap. xxxxvj. vbi & eadẽ est. Artesiẽses, ca. lxxxvij. Lorrienses in præfectura Montargij, hoc tit. §. xxj. Valesienses hoc tit. §. vij. qui est omnium lxxviij. Laudunẽses, & alios Veromãdiẽses, huius quoq; ti. §. xx. qui est xciiij. toti° iij. partis.

Emptor an reddet fructus à tempore oblationis, citationis, litis contestationis.

Consuetudines de ea re.

5 ¶ Sed hic quæritur, quid si emptor de huiusmodi retractu in ius vocatus, omnib. modis subterfugit, ne lis cõtesterur, vel euocatus ad edictũ, non respondet, aut alio modo moram facit litis cõtestationi, fortè vt interim lucretur fructus. Dic, quòd huiusmodi fuga, cũctatio, mora, dilatio, cõtumacia, frustratio habebitur pro litis cõtestatione, & operabitur eosdẽ effectus quos ipsa cõtestatio, l. si eum, §. qui iniuriarũ. & ibi Albe. col. j. & Bal. qui negat alibi reperiri, Ful. Ro. Alex. Ludo. Bol. qui dicit, eũ tex. sing. in ij. interpre. & Iason, ff. si quis cautio. & l. electio, §. si is quem, iuncta gl. vlti. ff. de noxal. & l. constitutionib. ibi, quasi lite contestata, ff. de act. & oblig. prout illã intelligit gl. ibi, dum allegat dictum §. qui iniuriarum. & Ioan. Fab. in §. pœnales, col. j. Insti. de diuer. & tempora. præscrip. & text. quoq; in l. sed ad eos, ff. ex quib. causis maio. & in l. ij. C. vbi in rem actio, vbi ad interrumpendã præscriptionem paria sunt litem esse contestatam, & quod non possit contestari propter partis contumaciam.

Quid, si emptor subterfugit, ne lis contestetur.

Fugam pro contestatione litis haberi.

6 ¶ Et generaliter hanc moratoriam rei cunctationem, aut contumaciam, haberi pro lite contestata, voluerunt, præter iam allegatos, Innoc. in c. statuimus, col. vlti. in verbo, absentia, extrà de elec. Iacob. Are. in l. j. ff. de vent. inspic. Cyn. & Bald. in l. scire oportet, §. sufficit, ff. de excusa. tuto. idem Cy. post Petr. in l. sicut, in iiij. oppo. & ibi Alberi. nu. 3. C. de præscript. xxx. vel xl. annorum, Bar. in l. j. ad finem principij, ff. de priua. delict. Bal. in l. more, C. de rei vendicatione. vbi & ad hoc dicit sing. dictum §. qui iniuriarum. Idem Bal. in l. j. col. penul. versi. quæro nunquid actiones. & ibi quoque Io. Fab. in princ. C. ex delict. defunct. ipse Bald. in l. magnam, ad finem, C. de contrah. & commit. stipula. & in repe. l. & si post tres, col. iiij. versi. sed contra istud opponitur, ff. si quis cautio. & in l. vltima. in prin. post medium, versi. vnum est tamen. & ibi Alex. col. iij. in duobus locis. & Ias. col. vlt. ff. de eo, per quem fact. erit. vbi etiam ipse Bald. dicit sing. text. in dicto §. qui iniuriarum. & idem Bald. in c. quoniam contra falsam, col. vj. versi. & scias, quòd litis contestatio extrà de proba. Ang. Imol. Roma. & Alex. colum. iij. in l. si insulam, & ibi quoque Franc. Ripa colum. vij. nu. 34. ff. de verbor. oblig. vbi ex hoc dicunt ita impediri moræ purgationem, sicuti per litis contestationem. Flori. in l. inde Neratius, §. hanc actionem, versiculo item quod dictum est, ff. ad leg. Aquil. Alexand. consi. c. discussis, post princ. lib. v. Fel. in c. illud, colum. penul. versic. prima conclusio, extrà de præscript. Iason in l. j. col. penul. C. quand. libel. princip. datus. Et facit etiam text. in l. vltima ff. de procur. & in l. si finita, §. eleganter, secundum intellectum Barto. ff. de dam. infect. & in l. & qui data, iuncta gloss. in verbo, vel litis, ff. ex quib. caus. maio. vbi absens litis vitandæ causæ, pro præsente est. Et in illam sententiam expressa sunt statuta Florentiæ, & Prati. & retulit Paul. Cast. consi. ccxc. visis his quæ suprà, col. ij. versi. cæterùm non comparitio, lib. j.

De eadẽ re.

7 ¶ Idq; perpetuum est, vt cùm per aliũ stat, quò minùs quid fiat, id pro facto habeatur in eius præiudiciũ. l. si ideò, §. præsenti, & l. si dictũ fuerit, §. si præsente, ff. de euict. & l. in executione, §. vltimo. & ibi not. ff. de verb. obl. & l. hæc venditio, & l. Labeo scribit, si mihi bibliothecã, ff. de contrah. empt. & l. Iure ciuili, & l. quibus diebus, in princ. & ibi glos. & l. hæres, & l. cùm pupillus, ff. de condi. & demõ. & l. dedi, §. vlti. & ibi Sal. in j. notab. ff. de condi. cau. dat. & l. ij. & §. adiicitur, ff. de oper. no. nunt. & l. Prætor ait, §. j. ff. de dam. infec. & l. cui vsusfru. in prin. ff. de vsu & vsufr. leg. & l. si post diẽ, §. j. ff. quãdo dies leg. cedit. & l. j. §. qui sub cõditione, ff. si quis omis. caus. test. & l. j. C. de his quæ sub modo, & l. statuliberos, §. j. & alibi sæpe in eadẽ l. & iterum

Factũ censetur in eius præiudiciũ, per quem stat ne fiat.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

& iterum,l.seruus,§.j.in prin.ff.de statulibe.& l. in Iure ciuili,ff.de reg.iur.& c.cùm stat,eo. tit.li.vj.cũ multis simi.adductis à glo.& Doct. in duobus postremis locis.Et quod voluit gl. in rub.ff.de condi.& demon.& in l.qui concubinam,§.vltimo ff. de legat.iij.& in c.vlt.extrà de emptio.& venditio.& Bar.in consil.cxxxiij.statuto ciuitatis Eugubij.Alber. in l.& si post tres.col.x.nu.25.ff.si quis cautio.Bal.consi.cxij.præmisso,col.ij.in fi.lib.iij.& cõsi.ccxix.Pontius,col.ij.versic.hoc ad euidentiam,eod.lib.iij. & consil. ccccxliiij.quoniam substantia,post medium lib.iiij.Ang.consi.cccxlix.consultatio.col.ij.Raph.Co.in l.si marito,§.j.ff.solu.mat. Pau.Cast.in l.iubemus nulli,§.sanè,C.de sacro.eccl.Ro.consi.ccccclxxxvj.in casu propositæ consultationis,circa medium.Fr.Aret.consi.cxx.in præsenti consultatione,col.ij.Soc.in l.de diuisione,col.ij.versi.circa secundum,ff.sol.mat. & consi.clxx.in præsenti consultatione,col. v.versi.præterea respondeo,lib.ij.Iason in l.hæc verba,quæ est iij.in fine,ff.de lega.j.& consi. xlj.in duabus,col.iij.versi.secundò principaliter,lib. iij.Phil.Deci.consil.ccxxxix.in occurrenti,col.ij.versi.solùm ergo,& Docto.vbiq;.Sed vnũ non omiserim à Ro.responsum consi. ccccxxiij.quæstio discutiẽda,col. pen.si Papa,qui promisit se Papatu abdicare,id requisitus non fecerit,abdicationem siue renũtiationem haberi pro facta: per multa ibi allegata.& sequitur Phil.Dec.in c.porrecta,col.iij.versi.& hoc confirmatur,extrà de confir.vti.vel inuti. Nec sine causa dixi in prin. in eius præiudicium, (vt id obiter dicam) quia quoad tertium, non id habetur pro impleto,l.si oleum, in prin.& ibi Bald.ff.de dol.mal.

Non in alterum.

8 ¶ Verùm quod dictum est,huiusmodi rei cunctationem moratoriam,siue contumaciã, haberi pro lite contestata in suum ipsius præiudicium(vt redeamus ad principale nostrũ propositum)intelliges duobus modis,ni fallor,haud contemnendis. Primo quidẽ,vt procedat, nisi reus ipse iustam habeat causam, vel non veniendi ad iudicium : vel,si venerit, subterfugiendi,vt nuncupatim voluit Io.Fab.noster in d.§. pœnales, Insti.de diuer. & temp.præscr. per tex.in l.ait Prætor,§.vltimo.ff.ex quib.cau. maio. Et huius quidem rei optima est ratio: nempe litẽ haberi pro contestata in odium rei, & vt eius dolus, aut certè culpa in hoc puniatur:vt patet ex omnibus iurib. in prin.huius quæst. allegatis : ne scilicet quis ex suo dolo, aut culpa,id lucri reportet,vt fructus lucretur, vel præscriptio ab eo incœpta nõ interrumpatur,vel vt semper moram purgare possit,contra l.sed & si,§.planè, in fi.ff.ad exhiben.ibi, Ne ei sua calliditas ꝓsit,cũ si.Igitur si nullus eius sit dolus,aut culpa,nihil est cur id ꝓcedat.

Quid siiusta causam habeat subterfugiẽdi.

9 ¶ Secundò intellige,si modò cessante mora,aut contumacia aduersarij,lis fuisset contestata: secus si non potuisset contestari,etiam si comparuisset,nec cunctatus fuisset:quia dum reus frustratur,differt,cunctatur,moratur,non respondet,interim vel iudex abest,vel moritur actor,antequàm lis potuisset contestari,aut alia mora iudici contingit,aut aliud impedimentum interuenit, quod impediuisset litem ipsam contestari, etiam si reus ad edictum confestim respondisset,nec tantillum quidem distulisset : nam tunc lis non habebitur pro contestata,arg.eius.quod dicitur in d.l.ait Prætor,§.vltimo. in fi.ff.ex quibus causis maio. & l.& in totum,ff.de impen.in re dot.fac.& l.vltima.§.j.ff. ad legem Rhodiam de iact.& l.si alius, §.est & alia, ff. quod vi aut clam. Et quod à nostris traditur,non nocere contumaciam non comparentis, quando si comparuisset, nihil actum fuisset propter absentiam iudicis. Ita enim voluit Bart.Brix.quæst.venerabili. xix.quidam citatus,per l.ij.§. vltimo. ff. si quis in ius voc.non ier.& Albe.in l.properandum,in princ.col.iiij.versic.sed quæro quid si actor,C.de iud.& Pet.Anc.consi.xcvij. in quæstione.Et idem, cũ pars aduersa etiam non comparuit,vt est optimus tex.in c.j.ibi,venienti reo,& ibi glo.Ioan.And.Domini.& alij,de dolo & contu. lib.vj.& idem Io.And.in c.consuluit, col.ij. de officio delegati. Bart.in l.si finita,§.Iulianus, col.ij.versi.procedo vlterius,& ibi Alex.col.viij.versi.item inquantũ,ff. de dam.infect.Petr. Anch.d.consi.xcvij.vbi id pulchrè ampliat ad casum statuti,de quo ibi loquitur,& in c.cupientes,§.quòd si per xx.col.j.de elect. lib.vj.Alex.cõsi.xcij.perspectis,col.pen.versi.pro hoc facit,lib.j.Iason in rub. ff. in ius vocan.& in l.ij. ff. de eo per quem fact. erit. & Bert. consil. cclxvij.si pactum,in vlt.dubio,lib.iij.cum si.

Quid si lis non fuisset contestata, etiam si nõ subterfugisset.

Quia iudex aberat

Vel quia aduersarius non comparuit.

10 ¶ Cui concinit,quod tradit Gul. Cun. in l.itẽ illa,& ibi quoq, Bart.col.ij.versi.quæro pone, & Albe.ad fi.& Raph.Fulg. ff.de constit.pecu. quòd si solutio debet fieri Florentiæ die Paschatis,& reus non probat se eo die Florẽtiæ affuisse,vt solueret:nec similiter actor probat se ibi affuisse, vt reciperet,non est probata mora contra reum ex lapsu eius diei, per eũ tex.in versi.proinde.& l.arbiter si Calendas,ff.de arbit.& idem voluit ipse Barto.in l.cùm filius,§. vltimo.ad fi.ff.de verbo.obliga.& in l.continuus,§.cũ ita,circa medium,eo. tit.Signo.consi. cxlj.in quæstione vertente inter Obertinum,in multis eius consi.locis.Pet.Anch.in c.significante,de pignor.Floria.in l.pecuniæ,§.j.ff.de vsur.Alexand.consil. clxxij. visis & opportunè,col.ij.versic.ad idem facit,lib.ij.& consi.xlj.visis & optimè discusis, colum.ij.versicu.ad idem facit lib.iiij.& consi.xc.viso processu,colum.vlti. versicu. nec obstat,si diceretur,lib.v. & consi.

Creditor debet probare se eo loci fuisse, vbi solutio fieridebuit.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

& consi. ccx. ponderatis his, col.j.lib.vj.vbi & alios concord.affert, & Phil.Dec.consi.DLXVJ. promisit Anto. post medium. Et facit l.si per emptorem,ff. de acti.empt. Et vide quæ diximus suprà,§.ix. gloss.vlti. nume.19. verùm Alexan.& seq. Et id nuncupatim in casu nostro voluerunt Paul.Castr.Alexand. & Ias.in dicta l.eum qui,§.qui iniuriarum, ff.si quis cautio. Nam & aliàs, vbi non habet locum veritas, nec fictio quoq;. l. qui ad certum,ff.loca. Igitur cùm ob aliud impedimentum lis non potuit verè contestari, nec pro contestata quoque haberi debuit.

Alia similia.

31 ¶Et id quidem his quoq; similibus comprobatur. Nec enim tenetur quis de casu fortuito, quem culpa præcessit,si modò citra eam culpam cõtigisset.Bar.post.Guil. Cu.in l.si vt certo,§.sed interdum,ff.commo.& Bal. consil.cxlv.casus talis est,in quodam instrumento,col. iiij.versi. prætereà cùm quæritur,lib.iij. Nec mora debitoris certis casibus ei obest.vt teneatur de interitu rei,si res ita fuisset peritura apud creditorem,vt periit apud debitorẽ,de quo in l.si plures,§.j.ff.deposi.& l.si is,qui,in prin.ff.de iure doti.per gl.Bar.& alios in l.quod te, ff.si cer.peta.glo.in l.mora,in prin.& ibi latissimè Sal.col.vlt ff. de vsur.& gl.in l.item si verberatum,§.vlti.ff. de rei vendi.& in l.nemo rem suam vtiliter,§.j.& ibi Docto.ff.de verb.oblig.Host.in Summa,de vsur. §. ex quibus causis,versic.& facit etiam,Cyn.in l.in minorum, C.in quib.caus.in integ.restitu.nõ est necess.Bart.in l.nemo,§.j.ff.de verbo.obligat. Sal.in l.j. col.j.versic.quæro nunc latius,C.quod met.cau.Paul.Cast. in l.si mora,ff.solu. matrimo. & facit ad hæc omnia,quod scribitur in l.vltima.§.j.ff.ad legem Rhodiã de iact. & in l. is qui, ff.ex quib.caus.maior.& in l.si pecuniam,§.vltimo.ff.de condict.caus. dat.

Non omnis morbus letalis interimit.

32 ¶Nec imputari debet marito, qui non adhibuit curam medicandæ vxori laboranti morbo incurabili.Pau. Cast.in l. si ab hostibus, §.si vir,ff.solu. matrim.per text.in d.l.& in totum,ff. de impen.in re dot.fact. Quanquàm huic non omnino accederem:quoniam non omnis, cui letalis morbus est,moritur:vt probatur ex l.in ratione,la j. §. si seruus testamento, ff. ad legẽ Falci.& scribit Galenus lib.Aphorismorum Hippocratis vj. ca.xviij.vt nec omnis qui mortiferè vulneratus est, moritur.l.j.§.vltimo.ff. de Senatuscon.Sylla.& facit l.qua actione,§.sed & si quis,ff.ad legem Aquil.vbi scribitur, aliud alij vulnus mortiferum esse solere.Et vt scribit Tullius ad Atticum libro Epistolarum ix. epistola xij. Ægroto dum anima est, spes esse dicitur. Quod sumptum est,ni fallor,ex Theocriti Idylio iiij.

Aegroto dũ anima est spes est.

Θαρσεῖν χρὴ, φίλε βάττε, τάχ' ἄριστον ἔσται ἀμείνον.
Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσι, ἀνέλπιστοι δ' θανόντες. Id est,
Fidere Batte decet, melius cras forsan habebis.
Sperandum est viuis: functis spes nulla relicta est.

Et hnc haud dubiè alludit illud Virgilij,si is est, in obscœno carmine,

Dum viuis, sperare decet. —

Et quia etiam nonnunquam morbi videntur letales & incurabiles, qui non huiuscemodi sunt:ideò in illis non omittenda est cura atq; diligentia:sed eò maior adhibenda,quò maius periculũ imminere videtur: vt sicuti extremis morbis extrema remedia adhibenda sunt,(vt iubet Hippoc.lib.Aphoris. j. c.vj. & Tullius lib. Officiorum j.) ita & extrema summaq; & exquisitissima cura & diligentia hisce ægrotis adhibenda.

Extremis morbis extrema remedia adhibenda.

33 ¶Sed,vt redeamus,huc quoq; pertinet, quòd multi negant eum teneri ex consilio vel mandato criminis cõmittendi,qui aliàs id facturo dedit. De qua re quia nõ omnes conueniunt, vide gl.in l.sæpe,§.item dubitatũ,in verbo,condici,& ibi Bar.& Alci.ff.de verbo.signi.gl.in l. non solùm,§.si mandato,versi. Attilicinus,in verbo nolenti, & ibi Bar.col.vlti.& alij.ff.de iniur.& in l.consilij,& ibi latè Docto. præsertim Phil. Dec. ff.de regu.iur.& in l.j.§. persuadere,in verbo,furtum facturus,ff.de seruo corru. & in §.interdum quoq; furti,versi. ope,in gl.vlt.Insti.de obl.quæ ex delic.nascun.& in c.nuper, in verbo, consiliũ impendendo,& ibi Doct.extrà de senten.excõ. Host.& Pan.in c.ex literis,de excess.Præla.Dy.in c.nullus ex cõsilio,extrà de regu.iur.lib.vj.Paul.Eleaz.in clem.j.& ibi Imo.col.iiij.de pœnis.Gand.in trac. malefi.titu.de pœnis reorum,num.36. Albe.& Bal.in l.ob hæc verba,ff. de his qui not.infa. Bal.in l.j.col.ij.& ibi Ias.col. iiij.versi.non omitto.C.de seruis fugi.& eundem Bal.in l.data, col.xij.ver.consilium quoq; pœna mortis,C.qui accus.non pos.& in l.non ideò minus, col. pen.in xij.quæst.C.de accusa.& in l. obseruare,§. post hæc,in xij. quæst.ff.de offic.Proconf. & in c.j.col.iiij.versi.quid si præstitit,post And.Iser.ibi,tit.quib.mod.feud.amit.& consi.ccl. in quæstione domini,col.ij. versi.secũdò est videndum,lib.v.Ang.consi. xxij.pro deci.Card. Flo.in clem.j.in xvj.quæst.& opp.eiusdẽ,de foro compet.Sal.in l.j.col.viij. C.de rapto.virg. Imo.in c.querelam,in fi.de elec.Doct.in c.j.extrà de offi.deleg.Mathes. notab. xcvij.nota q; is,cuius consi.Corn.consil.lvij.egregiè allegatur,col.ij. versi.& quando est par,lib. iiij.Ang. Are.in §.j.Insti.de mand.& in tract.malefi.in verbo,& Sempronii Rodulphi,col.pen.vers.

An de consilio vel mandato teneatur, qui aliàs facturo dedit.

vigesimo

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

vigesimo secundò quæro, & ibi August. Ari. in addi. Cepollæ caute. lxv. vidimus quamplures, ad fi. Fel. in c. sicut dignum, col. iiij. versi. not. ibi animum regis, extrà de homici.

Vasalli fuga in bello, licet domino nõ obsit, priuat feudo.

14 ¶ Et hæc quidem puto procedere in casu nostro: tametsi interdum aliis in casibus aliter statuitur. Nam vasalli fuga in bello, licet non obsit domino, nec ipsius intersit, punitur feudi amissione, vt not. tradit Bal. in c. j. in prin. col. ij. versi. quartò quæritur. & ibi Mart. Laud. col. j. versi. quæro si vasallus, Aluar. col. ij. versi. quæro ab extrà, Card. Alex. col. iiij. versic. eiusdem initij, tit. quib. mod. feud. amit. & Fran. Curt. iunior in tract. feudorum, in iiij. parte prin, col. eiusdem partis iiij. versi. decimò quæro. Sed illud fit in eo casu, tum aliis quibusdam specialibus rationibus, tum ea, quòd ea res est perniciosi exempli, l. capitalium, §. famosos, & l. si quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de pœnis. Et vt illis id addas, illud potest de huiusmodi fugientibus dici, quòd plus exemplo nocet, quàm peccato: quę sunt verba Ciceronis lib. iij. de Legibus. vt proinde intelligas, nihil id ad superiores casus pertinere.

Fructus à quo tẽpore debeantur in retractu conuentionali.

15 ¶ Sed quia hæc nostra consuetudo loquitur de retractu sanguinis tantùm, nihil autem dicit de retractu conuentionali, à quo scilicet tempore debent fructus restitui, nec hoc quoq; statuitur in tit. seq. qui est de ipso retractu conuentionali. Ideò & nos hic quærendũ ducimus, quid dicendum sit, si quis non admittat venditorem ad retractum conuentionalem, ideoq; in iudicium trahitur, & tandem vincitur: quid de fructibus statuendũ? Videtur, quòd non debentur etiã, nisi à tempore litis contestatæ, cùm actio præscriptis verbis, quę competit pro retractu conuentionali, vt dicemus tit. seq. §. j. in gl. j. nu. 2. sit stricti iuris, vt dicit gl. in l. iurisgentiũ, §. quinimo, ff. de pactis, & in l. pacta quæ contra, C. eo. tit. Ex quo sequitur id quod diximus, fructus non venire, nisi à tẽpore litis contestatæ. l. cùm fundus, in prin. ff. si cert. peta.

De cadẽre.

16 ¶ Tu tamen dicito, hoc casu fructus deberi statim à tẽpore moræ, pretio oblato & deposito, per tex. in l. ij. iuncta gl. in verbo, oblatam, & ibi omnes Doct. C. de pactis inter emp. & vendit. quod & nos latius dicemus d. tit. seq. §. v. in glo. ij. in verbo, *qui sont escheuz*, nu. 4. sed vt ad casum. Nam quod dicitur, in actionib. stricti iuris non venire fructus, nisi à tẽpore litis contestatæ, procedit, vt dicunt Bal. Sal. & alij Recẽtiores in d. l. ij. cùm peto quod meũ non fuit: secus si meum fuit, per l. videamus, la ij. §. si actionem, ff. de vsur. & l. qui se debere, ad fi. ff. de condict. ob cau. & l. naturalis, in prin. ff. de condi. inde. & l. sed Celsus, §. si fundus, ff. de contra. emp. De quo & nos latè dicemus infrà eod. tit. seq. §. v. glo. ij. nu. 5. vt hinc intelligas.

Quid, si consanguineus, qui litẽ mouerat integrum triennium cessauit.

17 ¶ SED & illud non omiserimus, quòd si consanguineus qui litem de retractu mouit, post litem contestatam triennio cessauit à prosecutione litis, ideoque perempta est instantia secundùm no. in l. properandum, C. de iudi. ita vt nõ amplius admittatur ad eam causam exequendam, nisi impetrata à Rege gratia huius cessationis, vt scilicet ei liceat litem reuocare & prosequi, non obstante peremptione causæ, vt quotidie fit in Gallia. Certè si id fecerit, & admittatur, fructus tamen ab emptore sunt præscripti, ita vt ad eos non teneatur, etiam si in retractu succubuerit, secundùm gloss. sing. in l. sequitur, quæ est iiij. §. fructus, & ibi Barto. ad fi. Angel. Imo. & Paul. Castr. qui eam gloss. dicit not. & perpetuò notandam, ff. de vsuca. & Barto. in l. iij. colum. vlti. versi. item scitis, & ibi quoq; Paul. Castr. col. ij. versi. nota etiam casum, & col. iij. versic. pone ergo, & Alex. colum. vlti. C. quod met. cau. vbi Bart. ipse dicit id menti tenendum, quia millies in practicam venit. Bal. in l. eos, in v. opp. C. de vsur. & in l. j. colum. j. versic. quæro nunquid fructus, C. de vsur. & fructi. lega. & in l. ancillæ, col. iij. versi. item dubitatur, C. de furt. & in c. grauis, colum. ij. versi. sed nunquid post triennium. vbi dicit eam glo. sing. & ibi quoq; Anto. & Panor. col. v. versi. aduertendum tamen, extrà de restit. spolia. & idem Bald. in c. grauis, col. ij. versic. sed nunquid post triennium: vbi dicit eam glo. sing. & ibi quoq; Anton. & Panor. col. v. versi. aduertendum tamen, extrà de restit. spol. & idem Bal. in c. vigilanti, col. ij. versi. quæro, emi rem, extrà de præscript. vbi id dicit notatu dignum. Sal. qui eam quoque dicit sing. in l. ij. col. j. C. de fruct. & lit. expen. idem Sal. & Flo. qui & eam dicunt sing. & bene not. in l. in fideicommissi, in fi. princ. ff. de vsur. & rursus ipse Sal. in l. neq. in fin. eod. tit. vbi etiam dicit sing. & in l. Vaccæ, ff. de euict. vbi dicit vix reperiri similem. Panor. in c. de quarta, colum. penulti. versic. secundò limita, extrà de præscrip. Rom. consi. cxlix. conclusionem, col. j. versi. secundùm verò. Alexan. in addi. Bald. in l. & ex diuerso, ff. de rei vendi. Soc. consil. cclj. queniam in præsenti, colum. vlti. lib. ij. vbi videbis quomodo id intelligat. Et Fran. Curt. senior consil. lxxij. princeps defunctus, col. iiij. versic. sexta conclusio, & iterum col. vlt. versi. limita tamen Barba. consi. lxxx. illud, colum. viij. vers. & si quispiam, lib. iij. Iason in l. si me & Titium, colum. j. versi. nota tamen quòd in omni, ff. si cert. peta. vbi nuncupatim loquitur de fructibus, qui debentur in contractibus stricti iuris à tempore litis contestatæ. & ibi quoq; Deci. qui tamen id intelligit in fructib. extantibus, non etiam in consumptis. & nouissimè Alciat. ibi. Idem Iason in l. Prætor ait, §. vltimo, col. vlti.

versi.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

verſ.quintò & propius,ff.de oper.no.nunt.vbi & eam glo.dicit ſingu.& Ioan. Fran. Balb. in tractatu Præſcriptionum,in xxxv.quæſt.iiij.partis iiij.item partis principalis.

18 ¶Et huc quoque & propiùs ſpectat,quod voluit glo.ſing.in d.l.ij.in fi.primæ gl.C.de fruct. & lit.expen.quòd licet poſt litem conteſtatam reus teneatur de fructibus,vt ibi cauetur, cũ ſimili.tamen ſi lis fuerit triennio interrupta,non tenebitur ipſe reus ad fructus poſteà perceptos.& eam glo.dicit not.& ſing.Bar.ibi,licèt non ſit eius ſententiæ,vt ſtatim dicemus.ſed eã glo.expreſsè ſequuntur Io.Fab.& Sal.qui & eam dicit ſing.ibi & Bal.in d.c.gr auis,ad fi.ver. quærenti iniuſtè,extrà de reſtitu.ſpo.& Maria.Soci.in tracta.de inſtantia,quem ſcripſit in c. venerabilis,de iud.in xxvij.princ.artic.niſi(inquit)inſtantia perierit,intentione actoris,prius plenè probata. Dicitq; & idem tenuiſſe Fab. à monte S. Sabi. idemq; tenuit Franc. Balb. in tracta.Præſcrip.in iiij.parte iij.partis vj.eiúſq; vlt.partis princ.qu.ij.D.Coſ.Guy.in pragma. ſancti.titu.de pacifi. poſſeſ.poſt princ.in verbo,proteſtari.At contrarium ſimpliciter tenent Petr.Cy.Bart.Alberi.Bal.Ang.& Pau.Caſt.in d.l.ij.Bart.etiam nuncupatim illam gl.reprehendens in l.cùm lite,col.j.ff.iudic.ſolu.& Alberi.qui tamen ſubdubitat,in d.l.properandũ. in princ.col.v.verſ.cùm prædicta, C.de iudic. Panor. idipſum quoque faciens in c. cauſam quæ,col.vlt.extrà de teſti.& in c.illud.col.vlt.verſ.& ad prædicta,de præſcript.& nouiſsimè Ioan.Copus in tracta.de fructibus,lib.ij.tit.iiij.c.v. *Decadere.*

19 ¶Ego verò ſcio priorem ſententiam apud nos obſeruari,& ſecundùm eam ſupremum Senatum Pariſienſem ſolere eos,qui gratiam litis peremptæ impetrarũt,admittere ad litis proſecutionem,ſine reſtitutione fructuum præteritorum.Et ita cenſuit ſuo areſto lato die xiij.mẽſis Aprilis anno Domini mil.quingenteſimo decimooctauo, inter magiſtrum & fratres Xenodochij,id eſt hoſpitalis Pariſienſis actores,& religioſas & abbatiſſam (vt vocãt non malè, cùm Hieronymus ea voce vſus ſit)& conuentum Portus regalis. & iterũ alio lato die octauo menſis Februarij anno mil.quingenteſimo quinto,& ſæpe aliàs. Eſt autem conſuetudo Aureliis,c.cccvj.totius volu.conſuetudinum eius loci,eodémq; xxxj. ti.*de retraict*, fructus perceptos tempore interruptionis,quæ(vt ibi dicitur)fit per ceſſationem vnius anni, & diei, nõ eſſe retrahentis,vbi commentarij nihil de hac re dicunt,niſi in id facere, quod ſcribitur in l. properandum,§.ſin autem,C.de iudic.& in l.conſentáneũ,C.quo.& quan.iud.quibus locis ne verbum quidem de ea re ſcribitur. Et eadem quoque conſuetudo eſt apud Lorrienſes in præfectura Montargij,hoc tit.§.xxj. *De eadere. Areſtum. Abbatiſſa dictio Hieronymi. Conſuetudines de ea re.*

20 ¶Et hæc quidem quantùm ad fructus collectos poſt oblationem. Quid autem de fructibus pendentibus eo tempore,quo fit oblatio.Et ſanè hæc noſtra conſuetudo in hoc toto tit.nihil de his ſcribit.Sed tantùm in tit.ſeq.qui eſt de retractu conuentionali,§.v.vbi ſtatuitur, quid de his agendum ſit,tam in hoc retractu municipali,quàm in conuentionali,nempe hos diuidendos eſſe inter emptorem & conſangineum pro rata temporis.De quo etiã vide quid ſtatuerunt Melodunenſes,c.conſuetudinum eius loci xlij.Cenomanenſes,c.cclxxxix.Andegauenſes,c.ccclxxx.Borbonienſes,c.cccccxxviij.& c. cccclxxxij. *Quid ſtatuendum eſt de fructibus pendẽtibus.*

21 ¶Sed manet hîc ſcrupulus,quia dicitur hîc, fructus reſtituendos à litiſconteſtatione, in eo autem §.v.tit.ſeq.dicitur fructus pendentes tempore oblationis & receptionis,eſſe diuidendos pro rata temporis. Quid igitur,ſi fiat conteſtatio litis fructibus pendentibus? Et certum eſt,quòd ſi tunc emptor admiſiſſet conſanguineum ad retractum,ij ſimul diuiſiſſent eos fructus pro rata ſecundùm illam aliam conſuetudinem.An igitur, qui percepti ſunt poſt litem conteſtatam,eos integros emptor reſtituet,nulla habita ratione temporis præcedentis litiſconteſtationem?Et ego ſanè id non putarim,ſed eos deducendos:vt ſic vna conſuetudo ſiue ſtatutum ſecundùm aliud intelligatur.l.non eſt nouum,& ibi Alberi.& duabus ll.ſequen. ff. de legib.Bart.in extrauagan.ad reprimendum,in verbo,non obſtantibus,Bal.in l. omnes populi,col.viij.verſ.modò quæro vtrùm,ff.de iuſtitia & iure, & in c.j. col.j. extrà de præſcript. Pet.Anch.in repet,c.in xij.quæſti.principa.verſ.reperio ipſum Bar.& alibi ſæpe in ea quæſt. de conſtitut.& in c.ſtatutum,§.cum autem,col.ij.de reſcrip.lib.vj.Iaſon in l.ſi quis ex argentariis,§.ſi initium,in iiij.notab.ff.de edendo,& in l.triticum,ſuper gloſ.ij.ff.de verbo.obligatio.& Franc.Ripa lib. Reſpon.j.c.iij. filia.nu.24. Id enim fieri debet potius, quàm vt vnum alterum corrigat.gl.in l.ſciendum,in prin.in ij.quæſt.& ibi Bart.in prin.& alij, ff.qui ſatiſdare cogan.Etiam ſi poſterius dicat,non obſtante quocunque alio ſtatuto.glo. in §.j. in verbo, euacuatus,in Auth.de hæred.quæ ab inteſt.defe.Bart.in extrauag.ad reprimẽdum,in verbo, non obſtantibus.verſ.ſed quæro ſi in l.& Roma.conſ.xl.viſis,col.ij.verſ.breuiter.& conſ.lvij in cauſa poſt medium.Et idem quoque dici poteſt in retractu conuentionali, de quo etiam loquitur d.§.v.tit.ſeq. *Conſuetudines de ea re. Emptor vi ctus, an reſtituet fructus pendẽtes tempore litiſcõteſtationis, an pro rata tẽporis. Cõſuetudo ſecundum aliam conſuetudinẽ intelligitur*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

DOIVENT ESTRE DEDVICTZ EN SORT,
IN SORTEM PRETII IMPVTABVNTVR, GLO. III.

1 *An fructus percepti post litē contestatā, extenuent sortem.*

IGITVR hi fructus post litem contestatam percepti, extenuabunt, id est, minuent sortem, scilicet, pretium venditionis, quod a consanguineo debet restituire: ita vt ipse non teneatur reddere, nisi quod residuum erit, deductis his fructibus: vt de contractibus vsurariis & pignoribus dicitur in l. ex prædiis, C. de vsur. & l. j. & ij. C. de pign. actio. & l. si dominiū, C. de pign. & l. j. C. de distract. pign. vbi id dicitur fieri ipso iure, tanquam scilicet non necesse sit id opponere: vt etiam dicit Iason cons. xliiij. ad dubia, col. iij. vers. ex prædictis, li. j. Quod ad casum nostrum trahit Ferronius in hoc ti. *de retract.*, §. xxj. Idq; multò commodius est consanguineo, quàm si primo loco oneraretur integra restitutione pretij, & postea illi emptor hos fructus restitueret. Nā fortè consanguineus, interim dum lis pendet, pretium, quod ad hunc retractum parauerat, vel cō sumpsit, vel amisit, vt sæpe fit, & fortè emptor illum venientem non admisit, & de industria litem traxit, quò pretium ipsum interim absumeret, & sic retractui excluderetur, dum id amplius numerare non posset. Sed & id rationabilius est, & æquius: vt euitetur circuitus, l. cùm fundus, §. seruum tuum, ff. si certum petatur, & l. dominus testamento. ff. de condictione indebiti, & ibi concord. in glo. Et quòd id aliàs semper cùm fructus restitui debēt, fieri debeat, facit l. minor annis xxv. cui fideicōmissum. §. prædia, & ibi expressè Bart. ff. de minoribus, & l. emptor, in princip. ff. de rei vendicatione. Ex qua etiam Bart. not. fructus compensari cum pretio. Verum illi textus non videntur mihi id probare: nec reperio in aliis casibus, quàm in pignoribus & vsuris.

§. XVI.

EN tous lieux & cas, où le mary & la femme sont communs en biens meubles & acquestz, si le mary retrait aucune chose vendue par les lignagiers de sa femme, ou par les siens propres, ou en son fief:[a] ladicte chose sera acquest commun[b] entre eux, comme seroit vne autre chose acquise d'vn estrangier.

QVibuscunque in locis aut casibus vir & vxor sunt communes in bonis mobilibus & quæsitis, si vir rem quampiam venditam ab vxoris, aut suiipsius consanguineis, aut in suo feudo[a] retraxerit: censebitur ea res vtrique eorum communiter quæsita[b], perinde ac alia quæuis res ab extraneo quæsita.

OV EN SON FIEF,
AVT IN SVO FEVDO, GLO. I.

1 *Vxor habet mediā partem eorum, quæ vir acquirit in suo feudo.*

IGitur si maritus aliquid acquirit in suo feudo, licèt id consolidetur cum suo dominio, in quo vxor nihil habebat: ipsa tamen vi consuetudinis, quæ facit communes virum & vxorem in quæstibus factis durante matrimonio (vt alibi statuitur) habebit dimidiam partem in hoc, quod sic consolidatum est, vt etiam nuncupatim & in specie huius consuetudinis tenuit Io. Fab. in §. si cui, per tex. ibi, Insti. de lega. de quo nos latius dicemus infrà eo. tit. §. xxxij. glo. j. num. 72. quin & illud dubium est. Et est similis consuetudo apud Cenomanos, c. ccc. Andegauos, c. cclxxxiiij. Turones, tit. *de retract.*, c. xxx. Britones, huius tit. §. xxj. xxij. xxiij. xxiiij. & xxv. Laudunenses, & cæteros Veromandenses, huius quoque tit. §. vlti. qui est omnium totius iij. partis xcvj.

SERA ACQVEST COMMVN,
CENSEBITVR VTRIQVE EORVM COMMVNITER QVÆSITA, GLO. II.

An vir acquirat mediam partē rei retractæ ab vxore, vt consanguinea venditoris, vide §. seq.

1 ID quidem mirum est, vt licèt maritus non sit consanguineus venditoris, poterit tamen vxoris suæ causa retrahere, & sibi rem retractam pro dimidia parte acquirere. Et ideò casus est, in quo qui non est consanguineus, tamen retrahit, & sibi quidem. Sed id fit propter illam bonorum mobilium & quæstuum, durante matrimonio factorum, societatem, ratione cuius sibi acquirere potest. quæ aliàs nō posset: vt latè dicemus infrà, eo. ti. §. xxvj. in gl. j. nu. 30. quintò intellige, & aliis multis seq. vbi vide

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

vbi videre poteris.

§. XVII.

MAIS si la femme va de vie à trespas la premiere, & la chose vendue & retraicte seroit regardant son brãchage, ou en son fief: les heritiers d'elle seront receuz dedans l'an & iour de la mort de la dicte femme à auoir le tout de la dicte chose, en payãt le my denier au mary, ou à ses heritiers: c'est à sçauoir la moitié du pris, que la chose aura cousté à retraire. Et si c'estoit regardant le branchage du mary, ou en son fief, il sera semblablement receu, & deura auoir le tout de ladicte chose, en payant dedans l'an & iour de la mort de la dicte femme aux heritiers d'elle le demy denier. Et semblablemẽt seroit par le contraire, c'est à sçauoir, si le mary alloit de vie à trespassement. Et n'a point lieu le my denier, fors en vẽte, ou qui sonne vẽte seulement.

SED si vxor prior de vita excesserit & res vẽdita retractáque lineam ipsius respiciat, aut sita sit in ipsius feudo, hæredes eius intra annum & diem mortis ipsius ad retrahendã rem integram admittentur, dimidio pretij marito aut eius hæredibus persoluto. Quòd si res mariti lineã respiciat, aut in eius fundo sita sit, is similiter admittetur ad rem integram, pretii dimidio intra annũ & diem mortis vxoris ipsius hæredibus persoluto. Idemq; obseruabitur in casu cõtrario, videlicet si vir prior ab humanis decedat. Nec habet locum huiusmodi retractus dimidij pretij, nisi in venditione, aliòve æquipollenti.

GLO. I. ET VNICA.

1 QVOD hic dicitur de rebus retractis vi huius cõsuetudinis, idem infrà §. xx. statuitur de rebus simpliciter emptis à consanguineis alterutrius coniugum. Et his similes sunt multæ consuetudines nostræ Galliæ, videlicet Parisiensium, c. consuetudinum eius loci clxxxiiij. Meldensium, c. xciij. & seq. Meldunẽsium, c. xxxvj. Senonensium, c. lv. Trecensium, c. cl. Ambianensium, c. xlviij. Carnutensium, c. lxxij. & iterum c. clxxiiij. Aurelianẽsium, c. cclxxxj. & c. cclxxxiij. Cenomanensiũ, c. ccc. & duobus seq. & iterũ c. cccvij. Andegauensium, c. xcvj. & seq. & iterum c. cclxxxv. rursũmq; c. cccxcvj. Sanctonũ Angeriacorũ, c. lxiiij. & seq. Burdigalensiũ, c. xxvj. & seq. Britonensium, c. xlj. & ccxvj. & ccxix. antiquarũ consuetudinũ: & reformatarum, c. xxj. & multis seq. Blesensiũ, c. ccvij. Borbonensium, c. cccclxiiij. Lorriensium in prefectura Montargij, hoc tit. § v. & viij. Auxerrensiũ, hoc quoq; tit. §. vlt. qui est omnium liiij. Syluanectensiũ, siue Senlitũ, hoc item tit. §. viij. & seq. Rochelensium, c. xl. sic enim eos vocare malo, quã Rupellẽsiũ: & Rochellam, ipsum oppidum, quàm Rupellã: nã & vulgò, & lingua Gallica Rochele dicitur, non Rupelle. Est autẽ Rochela participiũ Hebraicũ, quod significat mercatrix, siue quę mercatur: quæ appellatio mirũ in modũ ei oppido cõuenit, quo nullum aliud in tota Gallia, imò in vniuersa Europa, est mercatura celebrius. Vereor tamen, ne ista recens antiquissimæ adeoq; honestissimę politię immutatio è mercatrice mendicatricẽ (meretricem nolui dicere) eam faciat. Id quod doleter refero, fortem miseratus amicę vicinæq; vrbis. Super eo autẽ, quod hîc cauetur in hac nostra consuetudine, vide Ioan. Gal. in suis Arestis, q. lxviij.

Consuetudines de ea re.

Rochela.

§. XVIII.

ES PAIS de Touarçoys, & ailleurs[a], ou les acquestz sont au suruiuant du mary & femme, à exploicter le tout à viage, & moitié en proprieté, si eux, où l'vn d'eux, font aucuns acquetz, ou ledict my denier ayt lieu, & l'heritier du defunct fait ledict offre de my denier: ce nonobstant le suruiuant prendra à sa

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

vie la moytié dudict acquest par le benefice de ladicte coustume, qui veult, que lesdictz acquestz soyent au suruiuãt, pour exploiter moytié en proprieté, & moytié par vsufruict: & l'autre moytié aura celuy, qui sera receu à l'offre dudict my denier.

IN regione Tuarcensi, & alibi, [a] vbi res quæsitæ cedũt viro aut vxori superstiti, ex asse quidem in vsumfructũ, ex semisse verò in proprietatem si ambo alterve rem quampiam acquisiuerint in eo casu quo locus sit retractui dimidij pretij, hæresque defuncto dimidium pretij obtulerit, nihilominus superstes obtinebit vsumfructum medietatis rei acquisitæ beneficio consuetudinis, quæ disponit huiusmodi acquæstus cedere superstiti, vno quidem semisse in proprietatẽ, ex altero autẽ in vsumfructũ. Alterã vero medietatẽ obtinebit is qui ad oblationẽ dimidij pretij admissus fuerit

DE TOVARCOYS ET AILLEVRS,
IN REGIONE TVARCENSI, ET ALIBI,
GLOS. VNICA.

1 ID quidem est, quod statuitur infrà tit. huius totius voluminis cõsuetudinũ xxiij. qui est huiusmodi, *le mariage solu, quelz droictz appartiennent du suruiuant des conioinctz*, §. vij. qui quidem est ccxciiij. totius eiusdem vol. quem quidem §. atq; etiam §. proximè præcedentem huius tit. declarat hic §. nec mihi videtur indigere alia interpretatione.

§. *XIX.*

ET semblablement est lon receu en payant le my denier dedans l'an, quand le mary & la femme, durant leur mariage, acquierent aucune rente [a], charges, ou seruitutes, qui estoient deuës sur l'vn d'eux parauant leur mariage, ou sur leur heritage. Mais si ce auroit esté vendu par eux, ou l'vn deux, durant leurdict mariage, & par eux, ou l'vn d'eux retraict, durãt iceluy, l'acquest, ou retraict, ne seroit pas cõmun [b] & seroit admorty des le retraict, que lesdictz cõioinctz, ou l'vn d'eux en auroiẽt faict, & n'en porroiẽt riens auoir, ne demander l'vn d'eux, ne ses heritiers sus l'autre.

SIMILITER admittitur quis restituendo pretij dimidium, cùm maritus & vxor constãte matrimonio acquisierint aliquem annuũ reditum [a], aut onera, vel seruitutes, quæ ab altero eorum aut super bonis ipsorum ante matrimonium debebantur. Verùm si res huiusmodi per eos, alterúmve eorum constante matrimonio foret vendita, & per eosdem alterúmve eorum eodem matrimonio redempta, ea res non esset cõmunis [b], sed censeretur extincta protinus ab ipso retractu, ab ipsis alterove eorum facto, neque ea ex causa alter eorum quicquam petere potest.

ACQVIERENT AVCVNE RENTE,
ACQVISIERINT ALIQVEM ANNVVM REDITVM, GLO. I.

1 SIMILIS est propemodum consuetudo Senonensibus c. j. consuetudinum eius loci clxxiij. & Trecensibus, c. lxxxij. Et vide etiam consuetudinem Parisiensium, c. cxix. & Cenomanensium, c. cccxcj. & seq. & Andegauensium, ca. cclxxxvj. quæ & de hoc quoque casu loquuntur.

Consuetudines.

NE SE

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

NE SEROIT PAS COMMVN, NON ESSET COMMVNIS, GLO. II.

1 TANQVAM ſcilicet patrimonium, quod primùm vendidi, poſteáq; redemi, nõ ſit noua acquiſitio, ſed priſtinã retineat patrimonij naturã, contra text. in l. ſi à me, ff. ad leg. Fal. vbi res recuperata non dicitur eſſe apud recuperantẽ eo iure quo prius erat. Ex quo Bar. ibi infert ad quæſtionem de emphyteuta, qui rem venditam recuperauit, vt propter id non liberetur à pœna, in quam vẽdendo incurrit. De quo Bar. dicto (ne rem iam ſæpius actam agamus) latiſsimè diſſerit Alex. ibi, ſed latius tamen Iaſ. in l. vlt. char. pen. verſ. vigeſimò quæro, C. de iure emphy. & omnes in l. j. §. ſi rẽ, ff. de po. & in c. j. ti. quid iuris ſit, ſi poſt ali. feud. vaſ. id recup. & Fran. Cur. ſenior conſ. lxiinj antiquiſsima, ante fi. & Phil. Dec. conſ. clx. in cauſa monaſterij, col. vlti. & aliquid dicemus infr. ti. ſeq. §. j. gl. vij. in verbo, *ſeront preferez*, nu. 19. ideoq; in ſimilt. & in fin. eiuſdẽ ti. in xxx. q.

Patrimonium venditum & redemptũ an retineat naturam patrimonij

Emphyteuta recuperans rem à ſe venditã, an effugiat pœnam cõmiſſi. Vide infrà. nu. 3. & 4.

2 ¶ Sed quod diximus in prin. confirmat, quod in ſimili tradit Io. Fab. in §. ſi cui fundus, Inſti. de leg. quòd ſtante conſuetudine vt mulier habeat partem in quæſitis à viro conſtante matrimonio, cuiuſmodi eſt apud nos: ſi vir habebat quædam feuda ſibi quæſita ante matrimoniũ, ideóque vxor nihil habebat in eis: & contingat vt cõſtante matrimonio quædam conſolidẽtur cùm iſtis feudis, vt quia redeunt ad ipſum maritũ feudi dominũ ex aliqua cauſa: mulier debet habere partem in his rebus conſolidatis· quia cenſentur alia & alterius naturæ, quàm prius illud ius dominij, atque tanquã alia & per ſe ſunt iudicãda, per tex. ibi, & in l. Mẹuius, §. fundo, ff. de l. ij. de quo nos latius dicemus infrà, §. xxxij. nu. 72. quin & illud, & ſeq. Confirmatq; & hanc partem, quod ab Alex. reſponſum eſt conſ. xxviij. in cauſa & lite, col. j. li. v. per dictam l. ſi à me, & l. quidam in teſtamento, in prin. & l. rogo, ff. de fideicom. libe. & quod ab Ang. ſcriptum eſt in l. quod dicitur, la j. ſuper glo. vlt. ff. de impen. in re. do. fac.

Vxor an habeat partẽ in rebus cõſolidatis cũ feudo mariti.

3 ¶ Vnũ tamen non omiſerim, quod ad eũ caſum pertinet, de emphyteuſi ſiue feudo alienato & redempto, vt ſcilicet procedat, etiamſi res fuerit vendita cum pacto de reuendendo. nã & ſi vi huius pacti ea redimatur à venditore, tamen non tranſit in eum ipſo iure, ſicut tranſiret ex pacto legis commiſſoriæ, aut addictionis in diem, ſed opus eſt retraditione, vt voluerunt Bar. & Ang. in l. j. ad fi. ff. de dona. & in l. hominem, de vſuc. cum aliis multis concor. collectis ab Alex. conſ. x. videretur fortaſſe, lib. j. & Franc. Cur. ſeniore con. xij. Lucius Titius. & dicemus etiam in ti. ſeq. qui eſt de retractu cõuentionali, §. j. in verbo, *ſeront preferez*, nu. 12. ſunt igitur.

Quid ſi emphyteuta retrahat ex pacto appoſito in contractu.

4 ¶ Verùm ſi huiuſmodi pactum reuendendi eſſet appoſitum in ipſo contractu venditionis, & vi illius res recuperaretur, non cenſenda eſſet noua acquiſitio, neq; ex cauſa noua facta, ſed rediret in ſuam ipſius primam & propriã naturã, ar. l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ibi, ſed formæ ſuæ redditur, ff. de pact. Nec dicitur ea res fuiſſe tranſlata in priorẽ venditorem, ſed illi redita, vt dicitur in l. filio quem pater, ff. de li. & poſth. & in ſimili in l. ſi tibi pecuniã, ff. ſi cer. per. & in l. cùm pater, §. fidei tuæ. ff. de l. ij. & in l. cum quis, ff. de dot. præl. Et facit etiam l. voluntate, §. j. ff. qui. mo. pig. vel hy. ſol. cum dicitur, ſed in priſtinam cauſam res redit reſoluta venditione. Et quod ex eavoluerunt gl. Bar. Bald. Ang. & alij. in l. vlt. C. de remiſ. pig. Et eſt in ſimili bonus tex. in l. peculiũ eſt, §. ſi ære alieno, ff. de pecu. vbi res peculiares dicuntur, licet totum peculiũ ære alieno ſit exhauſtũ: ideò ipſo ære alieno ſoluto, non eſt opus noua cõceſſione. nã origo & prima cauſa inſpicitur, l. qui id quod, in prin. ff. de don. & l. ij. §. paruiq; refert. ff. de priui. cred. cũ ſi. adductis à Hier. Cagno. in reper. rubricæ. ff. de ori. iu. col. v. ver. ferè igitur. Quibus adde & tex. in l. qui poſſeſsionem, ff. de vi & vi arma. vbi qui poſſeſsionem ſibi ereptam recuperat, in priſtinam cauſam reuerti intelligendus eſt, & in l. ſi mater, §. eandem, ff. de excep. rei iud. vbi res quæ poſtliminio rediit, eadẽ res eſſe intelligitur, & in l. ex hoc, §. ſi quis, ff. de ali. iu. mut. cauſ. fac. vbi ſi quis alienauerit, deinde receperit, non tenebitur eo edicto, quaſi ſcilicet alienaſſe non videatur. Et in l. ſi marito, ver. planè ſi fundum, ff. de fun. dota. ex quo facilè probatur rem alienatam, & poſteà redemptam, eodem iure cenſeri, atq; prius erat. & in l. ſi poſſeſſor, §. ait Senatus, in fi. ff. de peti. here. vbi res redhibita manet hereditaria, vt prius erat. Et quod per tex. in d. §. ſi ære alieno, reſpondit Paul. Ca. conſ. clxxvj. videtur dicendum dictam Mariam, in fi. lib. j. de quo dicemus infrà, §. xxxij. glo. j. nu. 87. huius quoque.

De eadẽ re.

5 ¶ Et id quidem in ea ſpecie rei venditæ, & poſteà recuperatæ ex pacto de reuendendo in cõtractu venditionis appoſito, nõ admodũ obſcurè voluit Bar. in l. in diẽ, verſ. tota die cõtingit, ff. de aqua plu. arcẽ. & Bal. in l. ab emptione, in prin. verſ. ex hoc not. ff. de pactis. & expreſsiſsimè Phil. Dec. conſ. liij. placet mihi, col. ij. & iterũ conſ. lxxxviij. cuius ſuperſcriptio incipit, valer ſtatutum. in j. dubio, vbi hanc rem latè tractat, & reſpõdet ad d. l. ſi à me, ff. ad leg. Falc. ex hocq; dicit, quòd ſtatutũ preferens cõſanguineos in emptione rerũ patrimonialiũ, habet

De eadẽ re. Retractus an habeat locũ in rebus vẽditis & poſtea

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

redemptis, vti in patrimonio.

locum in huiusmodi rebus patrimonialibus venditis, & posteà redemptis vi pacti redemptionis appositi in contractu venditionis.& idem Phi.Dec.cons.ccxxxviij.proponitur quòd nobilis,col.vlt.vers.quintò quæritur.& Hier.Cagno.in repe.l.ij.in viij.quę.C.de pactis inter empt.& ven.& Boe.deci. lxxviij.Sed an proximior,& Chasse.in tit.*des droitz appartenans à gens mariez*,§.xxv.& iterum hoc tit.*des retraictz*,§.j.in verbo,*ancien*,vers.idem etiã,& Ferro. in consue.Burdig.hoc item ti.§.xj.& iterum §.xxij.rursúmq; §.xxvij.Et est optimus tex. in l. sequitur,§.item Labeo,ff.de vsuc.vbi & Bar.hoc idem tenet respectu ipsius rei, licèt alio respectu dicat esse distinguendum,vt ibi per eum.Et facit item, quod scribit idem Bart. in l. si mihi & Titio,ad fi.ff.de verb.oblig.Et vide omnino quæ dicam infrà eo.tit.§.xxxij. glo.j. nu. 29.quid autem de fundo,& tit.seq.de retractu conuentionali,§.j.in verbo, in limine contractus,quæ est glo.iiij. in princ.

§. XX.

SI le mary acquiert, durant le mariage de luy & de sa femme,aucune chose des parẽs & lignagiers de sa dicte femme, le seigneur feodal n'en peut demander sinon les ventes & honneurs, & non pas auoir la chose par puissance de fief.Car autant est,comme si elle auoit esté vendue à ladicte femme.Et en cestuy cas auroit lieu offre de my denier pareillement que dessus.

SI maritus constante matrimonio rem aliquam acquisierit à consanguineis suæ vxoris,nihil inde domino feudi iuris competit,præterquam laudimiorum:neque potest sibi rem ipsam iure feudi vẽdicare.Perinde enim est,ac si vxori ipsi vendita fuisset, habétque hoc casu locum dimidij pretij oblatio,non secus ac supra.

An hæc cõsuetudo loquens de viro & vxore habeat locum in alijs sociis. Consuetudo.

1 HIc §.erat antepenult. huius tit.sed eum hîc collocauimus, quia de eadem re loquitur,vt pręcedentes, qui & ipsi loquuntur de conquæstibus factis à marito & vxore ex consanguineis alterutrius ipsorum, nec loquuntur de aliis sociis bonorum mobilium & conquæstuum, cuiusmodi sunt vir & vxor, sicuti nec vlla ex tot consuetudinibus Galliæ,quæ idem statuunt, quas tibi congessimus in §. xvij. præter vnã Borboniorum,cap.cccclxiiij.quæ nuncupatim loquitur de aliis sociis,eosq; in hac re æquiparat,vt scilicet in his locus sit retractui dimidij pretij. Sed cùm nostra, vt iam diximus, de illis non loquatur,sed tantùm de viro & vxore, posset videri dubium, vtrùm si vnus horum extraneorum sociorum, durante eorum societate acquirat à consanguineo alterius, poterit alter,aut hæredes ipsius intra annum solutæ societatis rem illam retrahere pro parte alterius,restituendo dimidium pretij venditionis,quemadmodum vir & vxor,aut eorum hæredes possunt.In qua re primùm consideranda est ratio huius consuetudinis,loquentis de viro & vxore tantùm,vt proinde sciamus an trahenda sit ad alios.Ratio autem ea est,vt res in ea familia conseruetur,ex qua exiit, vt diximus suprà in præfatione huius tit.non semel, & dicemus posteà in §.xxvj.glo.j.nu.41.quare autem:in idque statuit tempus anni à tempore vẽditionis & notificationis factæ apud acta: quod quidem tempus non potest currere viro & vxori,durante eorum matrimonio,atque sic durante eorum societate: nam non posset vnus ab altero retrahere, quin & eidem acquireretur ob societatem: ideoque illi esset inutile & inefficax beneficium consuetudinis & retractus,eoque indebitè fraudaretur, nisi ei aut hæredibus ipsius,liceret soluto matrimonio,id est,finita societate, rem retrahere.

De eadẽ re. Eadem ratio omnes casus decidit.

2 ¶Ideóq; non tã simili,quàm eadẽ ratione,aliquãdo interrogatus,respondi, idẽ statutũ videri de aliis sociis, vt si durãte societate aliquid ab eis aut eorũ altero cõparatũ sit à cõsanguineo vnius,locus sit retractui dimidij pretij intra annum à finita societate.Nã quando in pluribus casibus eadẽ est ratio,ea decidit omnes casus,non quidẽ per extensionem:sed sicut genus cõprehendit species,sic generalis ratio cõprehendit diuersas species casuum emergentium:vt pulchrè voluerũt Pet.& Cy.in l.iura nõ in singulas,ff.de legib.& in l.quod verò cõtra rationẽ,eo.tit.& Bal.in l.de quibus,eodẽ quoque ti.& in auth.post fratres,la ij.C.de legi.hære. & in c.quia V.paulò ante fi.extra de iud.vbi dicit,quòd quæ rationis nexus connexuit,dispositio iuris non separat. Nec id quidem contingit per extensionem, sed verius per tacitam disposit

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

dispositionem eiusdem, vt sing. (inquit) notandum est, in l. his solis, C. de reuoc. donat. Pet. Anch. consi. xcvj. super dicto, col. j. Paul. Cast. consil. lxxxiij. præsens casus, cò l. ij. lib. ij. vbi id eleganter declarat, cum aliis multis concord. & simil. à me congestis in tractatu, Cessante causa cessat effectus, in j. parte, num. 137. nam vbi est, & latius in nostra reper. l. si vnquam, in verbo, libertis, num. 45. quorum sententia.

3 ¶ Propterea non videtur obstare, si quis dicat consuetudinem non esse extendendā ad alios casus: quia vt iam diximus hæc non extensio est, sed interpretatio, aut potius declaratio huius consuetudinis, quæ de viro & vxore tantùm loquuta fuisse videtur, non tam restrictiuè, quàm exemplariter, vt loquitur Bal. in re omnino simili in d. l. de quibus, col. xj. versic. item not. quòd non dicitur, per l. imperium, ff. de iurisd. omn. iudi. Et vt ibi etiam dicit, non dicitur extendi constitutio etiam odiosa, quando extenditur ex mente eiusdē constitutionis, per notata à Ioan. And. in c. si postquàm, de elect. lib. vj. in Nouella. Imò verò ibi est gl. ordi. ipsius Ioan. And. in verbo, mente: & est similis gl. in c. j. in verbo, Italiæ, de tempo. ordi. eod. lib. vj. Ratio autem legis est mens eiusdem, vt dicit Dy. in c. vlt. ad fi. de reg. iur. li. vj. Cy. in l. j. & ibi idem Bald. C. quæ sit longa consue. & Alber. in l. sed sciendū. ff. ad leg. Pompe. de parrici. cū aliis multis concord. à me collectis in duob. illis locis nuper citatis. Et illud dictum Bald. in d. l. de quibus, eò magis annotandum est, quod loquitur in materia odiosa, atque etiam pœnali, vt expendit Alex. in l. sororem, col. vlti. C. de his quibus vt indi. Et quanquàm ea ratio nostræ consuetudinis, quam suprà diximus, non est expressa, ea tamen cùm sola sit, habetur pro expressa, ab eaq; possumus sumere argumenta à simili, à contrario, & alia huiusmodi, ac si expressa esset, ex sententia gl. quam omnes ibi & vbique sequuntur, in l. quamuis, C. de fideicom. cum infinitis propè concord. à me latissimè cumulatis in d. nostro tractatu, Cessante causa, in 21. limitatione, nu. 8. & id quidem, & multis seq. *De eadēre.*

4 ¶ Præterea hæc cōsuetudo censetur locuta fuisse de viro & vxore, ratione frequētioris vsus, quia scilicet vir & vxor semper, nisi aliud conuentū sit, sunt communes & socij omniū bonorū mobilium. & acquæstuum immobilium, vel citra aliam cōuentionem, sed ex sola vi & natura matrimonij, ex nostra consuetudine, vt cautum est infrà tit. xxiiij. qui est *de cōmunité de biens*, §. j. qui est omniū huius volumi. cclxxxij. Ideò & ad alias species societatis trahēda est, gl. in l. ij. in verbo, filio præcedente, post prin. ibi, sed hoc frequētius cōtingit. & ibi quoque Ias. col. iiij. ff. de vulg. & pup. & gl. in l. si is qui, §. quod dicitur, in verbo, per partes, ff. de iure dot. & in l. non impossibile, ff. de pact. & in l. iij. in glo. j. ff. de Publici. in rem acti. & in l. in facto, in gl. ij. in fi. ff. de cōdi. & demō. & in auth. cassa, C. de sacr. eccl. & in l. j. C. de his qui ad eccl. confug. & in auth. imò, C. de actio. & obligatio. & in l. j. in verbo, sponsam, C. de rapto. quæ dicit, tex. ibi punientem virum rapientem mulierem, procedere & in muliere rapiente virū, licèt rarò eueniat: quasi scilicet text. ille tantū de eo fuerit locutus, quod frequentius cōtingit, nec ad id tantùm sit restringendus. Et hinc potes intelligere hoc etiam procedere in pœnalibus & odiosis. & illam gl. sequuntur Alberi. Bal. & Ang. qui illam dicit sing. ibi. & idem Bal. in l. raptores, C. de Episc. & cleric. & in l. si ita, ff. de iniust. testa. & in c. causam matrimonij, ad fi. extrà de probat. vbi & illam dicit sing. & in c. ex conquestione, col. ij. versicu. sequitur quarta, extrà de restit. spol. & Collect. in c. peruenit, de adulter. Barba. in l. scire debemus, col. ij. & iterum in l. sciendū, col. lxxxvj. ff. de verb. obl. & in clem. j. char. 6. in partis, de electio. vbi illam quoq; dicit sing. & in addi. Bald. in c. j. col. iiij. tit. quib. mod. feu. amit. & consi. vj. scriptum est, col. vij. vers. & licèt iura, lib. j. & cons. lxiij. scribitur, col. penul. versi. & si opponatur, eod. lib. j. Fran. Cur. senior consil. xj. statuto Parmensi, columna penul. Iason qui illam dicit not. in l. non hæc, col. xxxiij. versi. sextò adde, C. vnde legi. Hippo. Marsil. consi. lxxxv. post redditum consilium, col. iij. versi. pro quibus etiam. *Ratio frequentioris vsus non restringit.* *Etiā in pœnalibus & odiosis.*

5 ¶ Secundùm quam sententiam perhibent veteres historici, vxorem Phutifaris Ægyptij conatam fuisse rapere Ioseph: Phædram, Hippolytum: Anthiam, aut vt Homerus lib. vj. Iliados, Antheiam, aut vt Hyginus, Sthenobœam, aut vt alij item Sthenoben, Præti, teste Homero eod. lib. vj. & Horatio lib. Carminum iij. Ode vij. Argiuorum regis vxorem, Bellerophontem, { Auroram Cephalum: nam id tradit Pausanias lib. 3. } Gidicam, Comminium priuignum suum: Auroram, Clytum: aliam, cuius nomen nunc non succurrit, Perseum. Aliam deniq; nescio quam, Diuum Eugenium, habitum viri mentitam. vt dicere possis, licèt id rarò contingat, vt dicit d. gl. contingere tamen aliquando, sicut etiam dicit Ang. in d. l. j. vidisse se Florentiæ comburi fœminam, quæ iuuenem rapuerat. *Fœminæ, quæ viros rapuerūt.*

6 ¶ Sunt & aliæ gl. præsertim Iuris canonici, quæ & id adstruunt, quod diximus, casus frequētiores, qui in legibus aut statutis memorantur, alios non adeò vsitatos, in quibus tamen eadem ratio est, non excludere: videlicet in c. diaconus, & ibi quoque Domi. xxvij. distin. & in *Iterum de frequētiori vsu.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

proœmio Decreta.in verbo,Bononię.& in cap.ij.in verbo,reus,de confes.lib.vj.quã & Domi.ibi dicit sing.in suo casu.atq; etiam Barba. in l.qui ante Calẽdas, col.viij.ff.de verbo.obl. & valde solennem idem Barba.consi.viij.vbi Christus,ad fi.lib.iij. & multùm elegantẽ ipse Barba. consil.lxvij.illud afferam,col.vj. lib.iiij.& aureis literis scribendam,ille ipse consi.vj. scriptum est,col. vij.lib.j.Item gl.in cle.j.in verbo,præsidentes,in fi.de rescri. Ex qua Anto. Pet. Anch. Imo.& Barba. ibi, illud generale assumunt, quod diximus, quòd cum de vno fit mentio ratione frequentioris vsus,fit & ad alium extensio, licèt de eo non fiat mentio.& illam gloss.facit sing.Alex.in addi.Bar.in l.j.ff.de verbo.signi. Barba.d.consi.vj. col.vij.lib.j.& consi.xxvj.sapienter scripsit,col.viij.lib.ij.& consi.xxviij.clementissimi, col.ij. in fi.& sequẽti,eod.lib.ij.& consil.lxvij.eiusdem initij, col.j. eo.lib.ij.& Fran. Cur.senior,d. consil.xj.col. penul.& Iason in repe.l.admonendi,col.xlviij.ff. de iureiur.

7 ¶Nec desunt,qui præter eas gl.alias quasdam,& etiam text.in eam sententiam allegant,vi-
Deeadẽre. delicet gl.in l.tale pactũ,§.vltimo.ff.de pact.& in l.Imperator,ff.de statu homi.& in l.si mater,§.hoc iure,ff.de excepti.rei iudic.& in l.j.C.de his qui ante aper.tabu.& in l.j.C. de Nili agger.non rumpen.Et tex.in l.scire oportet,§.j.ff.de excus.tuto.Nam & eum in id citat Barba.in repet.l.cùm acutissimi,col.xxij. C.de fideicommis. vbi eum dicit aureum.& in repet. rubri.de reb.eccles.non alie.in iij.dubio, col.eiusdem iiij.quæ est totius illius repet.xlij.vers. tu pondera,sub nu.172.vbi dicit sing.& consi.xlviij.clementissimum,col.iij.lib.iiij.Sed quãtum illæ glo.& tex.ad hoc faciant cæteri videant: mihi nihil aut parum facere videntur:sed eius rei lectores admonere volui, vt omnibus satisfacerem.

8 ¶Sunt quoq; & aliorum Doct.sententiæ huic rei adstipulantes,videlicet Iac. Ra. in l.si mi-
Deeadẽre. nor,& ibi Angel.ff.de adult.Iaco.Bu.consil.x.viso puncto,col.ij.And. Iser.& Mart.Laud.in cap.j.post prin.tit.const.feud.dom.Lotha.Imper.Eug.Pap.Bar.in l.j.§.j.in j.opp.ff.ad Trebel.& in d.l.si mater,§.hoc iure,ff.de excep.rei iudica. Bald.in c.à crapula,de vit.& honesta. cleri.vbi dicit,ideò ibi mentionem de aromatibus factam non fuisse,quia pauci vtuntur, licèt idem sit iudicium,quod de vino ibi memorato. Ant. consil.x. casus talis est.quædam generosa,col.iij.versi.ex quibus concludo.Cardi.Flor.in c.plerique,in j.not.extrà de pactis.& in aliis locis,vti à Recentioribus citatur,vbi tamen id non dicit.Aluar. & Cardi. Alex. in c. j.§.si quis rusticus,tit.de pace & treug.Alex.consil.lxv. quoniam omne datum, ad fin.lib.vj. quod repetitur consi.cxix.eod.lib.vj. Barba. in d.l.cùm acutissimi,char.7.col.j. C. de fideicommis.& in c.ad nostram,col.ij.extrà de empt.& vend. & in repe.d.rub.de reb.eccle.non alie.vbi suprà,& in c.vlt.col.ij.versi.pondera etiam,extrà de solu.& cons.xlij.illud in mediũ, col.ij.lib.j.& consi.xxiij.sapientissimus dicit,col.v.& seq.lib.ij.& consil.xxvj. sapienter,col. viij.nu.19.eo.lib.ij.& consil.xxx.sacro,col.ij.versi.prætereà,& multis seq.eod. lib.ij.& consil. xxxvj.sapienter, col.xj. versic.item Bart.eod.lib. ij.& consil.lxvj.scribitur,col.ij. eod.lib.ij.& consi.50.illud afferam,col.antepen. eod. lib.iij. & consi.lix.à Ioue principium, col.vj.versic. & si subtiliter,eod.lib.iij.& consi.lxxxij.clementissimi,col.j.lib. iiij. & aliis locis suprà ex eo citatis.Iason consi.cxij.in primis,col.pen.versi. nam dum dicunt, lib.iiij.& consi.clxvj. procedendo,ad fin.eod.lib.iiij.& Bened.in repe.c.Raynutius, in verbo,si absq; liberis, le ij.nu. 32.de testa.& Fran.Cur.iunior { in l.iubere,col.j. nu.6.ff.de iurisd.omn.iudic.& } consil.vj. præsupponitur in ciuitate,col.iij.& iiij. Philippus Decius in d. authen.cassa,columna ij. C. de sacrosanct.eccles. Anto.Corset.in suis singu.in verbo, frequentia. & Rebuf. in repet.l.j. in gloss. in verbo,in omnibus casibus, numero 3.C.de sententi. quæ pro eo quod inter.& in tracta.Nominationum,in v.quæst.princip.numero.25. & sequen.& Anto.Rube.consil.xcij. viso statuto,in fi. { & Maria.Soci.iunior consil.viij.in præsenti consultatione, columna iiij. nume.11.lib.ij. }

9 ¶Et hanc quoq; sententiam fulcire possumus testimonio sacrarum literarum. In lege enim
Deeadẽre, ex sacris literis. Mosaica in Hebræo cautum erat in hunc modum: Sacrilegam ne patiaris viuere.& sic fœmina tantùm expressa. Hunc autem locũ traducens Diuus Hieronymus masculum in locũ fœminæ substituit,in hæc verba:Maleficos ne patiaris viuere: vt scribitur Exodi xxij. & repetitur in Decretis canonicis,§.hinc apparet,xxiij. quæst. v. Ideò autem scriptura Hebræa de fœmina tantũ loquebatur,quoniã in hoc crimen longè esset quàm mas, propensior, propterea q; etiã in ea res esset frequentior. Sed Diuus ipse Hieronymus intelligens idẽ sancitũ videri in masculis,quod in fœminis,masculũ quoq; in sua traductione expressit: vt interpretes Bibliorũ eo in loco sciẽter annotarũt,atq; etiã diximus in nostris Legib. connubialib. in viij.lege,versi.ex verberibus. quo etiam loco docuimus fœminas huic crimini, quàm viros, esse magis obnoxias. Sed & in eodem c.ita cauetur, Viduæ & pupillo non nocebitis. quo etiam in loco interpretes asserunt eam legem & de aliis quoq; intelligendam: sed eam tantùm expressisse,quod frequentius accidebat. Item Deutero. xxv. scribitur, Non ligabis os

bouis

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

bouis triturantis in area fruges tuas. Id quod Rabbi Solomon, cæteriq; interpretes, intelligendum dicunt de omni animali in re victui nostro accommodata operanti: sed tantum de boue expressum fuisse, quod in ea id frequentius accidit.

10 ¶ Sed & Tullius id quoq; comprobasse censetur, cùm scribit in oratione pro Aulo Cecinna: Vim enim multitudinis restitui voluerunt, non solùm conuocatæ multitudinis: sed quia plerunq;, vbi multitudine opus est, homines cogi solent, ideò de coactis compositum interdictum est: quod etiam si verbo differre videbitur, re tamen erit vnum: & omnibus in causis idem valebit, in quibus perspicitur vna eademq; causa æquitatis. Et paulò pòst: Quib. enim rebus plerunq; vis fit, eiusmodi hæ res appellatur interdicto: si per alias res eadem facta vis est, ea tametsi verbis interdicti non concluditur, tamen sententia iuris atque autoritate retinetur. Quanta sit autem autoritas Tullij etiam in decidendis causis forensibus, ex eò satis constat, quod nostri Iurisconsulti illum non semel nuncupatim citauerunt, illius omnino autoritate innitentes: vt in l. Fulcinius, §. quid sit autem, ff. quibus ex cau. in poss. eat. & in l. Cicero, ff. de pœnis. Is enim fuit iurisperitissimus, vt videre licet ex suis orationibus, præsertim pro P. Quintio, Aul. Cecinna, & Aulo Cluentio Habito, ex qua citatur in d. l. Cicero. & ex multis quoq; epistolis ad Trebatium illum nostrum Iurisconsultum, & ex tribus item illis libris de legibus, quibus scientissimè interpretatus est legem xij. Tabularum: tametsi eius rei peritiam aliquando dissimulauerit.

De cadere, ex Oratoribus.

11 ¶ Ideoq;, vt reuertamur, si quis aduersus hanc nostrã sententiam illud opponat, omissum à statuto vel consuetudine haberi pro omisso, c. pen. extrà de iureiurand. & c. in nostra, de iur. & Bal. in l. si plures, col. viij. versi. iuxta prædicta formatur, C. de cõdi. inser. & in l. si mater, C. de insti. & substi. vbi & ad hoc multa congerit. & cõs. cccclij. statuto ciuitatis, in prin. lib. j. Signo. cõsi. xcviij. in Lõbardia, col. ij. versi. ex quo arguitur. & Alex. qui adducit concor. consi. xiij. circa primum, col. v. versic. bene facit, lib. iij. Barba. consil. xxxv. clementissimi, col. penul. lib. j. & cons. x. sapienter, col. antep. lib. ij. & consi. seq. illud afferam, col. xvj. eo. lib. ij. & Phi. Dec. consi. clxxxviij. in casu proposito, cum simi. Idq; semper procedit in dispositionib. stricti iuris. Pet. Anch. cons. j. pro isto circa medium. Huic confestim respondebo, id verum esse, nisi illud sit omissum ratione rarioris vsus, per suprà dicta. Aut etiam, nisi omissum sit simile expresso, aut sit in vtroq; eadem ratio, per ea quæ item suprà diximus, & prætereà per l. si extraneus, ff. de condi. ob caus. & l. vltima. §. vltimo. ff. mãdat. & l. si quis mihi bona, §. sed si mandaui, & ibi Bal. & Recentiores, ff. de acquir. hæredi. gl. in l. si cum dote, in prin. in verbo, mulieri, post prin. ff. sol. matr. & in l. Gallus, §. & quid si tantùm, in verbo, emancipatus, ff. de lib. & posth. Oldr. consi. ccxxiiij. istæ sunt allegationes, col. viij. versic. nec obstat, quod dicebatur. Bal. in l. sed & si mors, ff. de don. inter vir. & vx. & in c. inter corporalia, col. j. de trãsla. Præla. per no. in l. vltima. C. de indict. viduit. & Signo. consi. xiiij. super infrà scriptis, col. vlt. per multa, quæ illic allegat. Vel in hoc vltimo reclamante Pet. Anc. in consi. ccxlv. duo prima, col. ij. versic. contrarium, per tex. in c. cui de non. de præb. lib. vj. de quo vide quæ dicam infrà §. xxxvj. glo. ij. in verbo, *notifier au greffe*, nu. 58. & sanè, & duobus seq.

Omissum à statuto, vel consuetudine, haberi pro omisso. Nisi sit omissum ratione rarioris vsus. Aut nisi sit simile expresso, aut nisi in vtroque sit eadem ratio.

§. XXI.

OMBIEN que le seigneur feodal puisse auoir par puissance de fief la chose de luy tenue, en payant le pris qu'elle a cousté: toutesuoyes si aucun lignagier du vendeur vient dedans l'an du retraict, il sera preferé audict seigneur feodal. Et aussi sera l'achepteur receu à retenir la chose, s'il est lignagier du vendeur.

Uãuis dominus feudi, refuso emptori pretio, rẽ sui feudi iure ipsius possit retrahere: ei tamen præfertur consanguineus venditoris intra annũ & diẽ veniens, vti etiam ei præfertur emptor consanguineus.

GLOSSA VNICA.

1 HOC vtique verum est ex constitutionibus feudorum, vt scilicet agnati præferantur domino in reuocatione feudi alienati, c. j. §. porrò, in fi. & ibi glos. Iaco. Bel. Bal. Marti. Laud. & alij, tit. qualiter olim pot. feud. alie. gl. And. Iser. Iac. Bel. Bald. qui hanc opi. dicit æquam, Marti. Laud. Aluar. & Card. Alex. in c. j. titu. de succes. feud. Ioan. Fab. in §. j. Instit. de empt. & ven. Aluar. & Mart. Laud. in cap. j. §. vltimo. col. vlt.

Agnati præferuntur domino in reuocatione feudi.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

col.vlt.& ibi etiam Card.Alex.col.antep.tit.quæ fuit pri. cau. bene amit. Card. Alex. in e. Titius, col.pen.tit.si de feud.fuer. contro.inter do.& agna.Masuer. tit. de retractu, §.itē sciendum est.& iterum tit. de loca.§.item proximior.Iac.à S.Geor.in tracta.feud.in verbo,qui quidem inuestiti præstiterunt iuramentum, col.xviij. versi.quæro nunc nunquid. Licèt Per. Corn.huic opin.contradicat in d.c. j. de succeff.feud.

Consuetudines de eare.

2 ¶Sed priorem opin. secutæ sunt pleræque omnes Franciæ consuetudines, vt Pariensis c. clxxxiij.& Meldensis,c.cxiij.& seq.& Melodunensis,c.xxxiij.& clvij.& Senonensis,c.xxxvj. Trecensis,c.xxvij. Victriacensis,c.xxxviij.& iterum c.cxxiiij.Ambianensis,c.xcvj.Monstrolienſis,c.lxxvj.Belquercensis,c.xvj.Carnutensis,c.lxxj.& iterum c. clxxiij.Aurelianensis,ca. cclxxxviij.Turonensis,tit.*de retraict*,c.viij.& seq.Cenomanēsis, c.ccclx.& c.cccc. Andegauensis, c.cccxlviij.& iterum,c.cccxc.Aruernienſis,tit.*des emphyteoses & louages*,c.xv.& iterū tit.*de retraict*, c.item xv.vbi tamen est quædam exceptio.Borbonienſis,c.cccccxxxviij. Blesensis, c.ccviij. Engolismensis,c.lxx. Rochelensis,c.xxxvij. Bituricensis,tit. *de retraict*,c.v. Burgundiensis, eo.tit. c. x. Burdigalensis,c.v.Sanctonensis,c.lj.Normanienſis,c.consuetudinū eius nationis,cxv.cuius tit.est, *de querelle de fief vendu*, non semel,Britonienſis,hoc eo.tit.§. ix. Altimarchiensis,cap.cclxxiiij.Marchiensis,c.cclxxxj. Auxerrensis,aut vt alij vocant Altissiodorēsis,c.xxxvij.qui est vij.huius tit.Lorriensis in præfectura Mōtargij eo.tit.§.xj.Laudensis, & cæteri Veromandenses,partis iij.tit.ix.§.v. qui est totius illius partis cij.& seq. Valesiensis,tit.j.§.xv.& iterum tit. *de retraict*,§. vj. qui est omnium lxxxvij. Syluanectensis, aut vt vulgò appellant,Senlitensis, hoc quoq; tit.§.v.Niuernensis,hoc item tit.§.xxij. Lodunensis, hoc eod.tit. §. viij. Vt vix aliam tam frequentem apud Gallos reperias. Tamen in comitatu Burgundiæ aliter statuitur, tit. *reachapt*, §.v.

Secus in emphyteusi.

3 ¶De Iure autem communi secus est in emphyteusi,vt voluerunt Guil.Cu.Rayn.Forli.Alb. Bal.qui dicit no.& Ang.in l.Imperator,ff.de pactis.iidem Guil. Ray. & Alber. in l.ex facto, in principio,per illum tex.ff.de pecul.Nicol.Neapo.& Aluaro.in d.§.porrò, Bal.in tractatu Protomixeos,col.ij.versi.cum venditur res,qui quidem omnes dicunt,quòd stante consuetudine,quæ concedit facultatem vicino, aut consanguineo retrahendi rē venditā, dominus emphyteusis illis præfertur,si velit retrahere,ex l.vlt.C.de iure emphy.per tex.in l.si cū dotem,§.vlt.ff.solu.matrim.& d.l.ex facto,ff.de pecul.& quia etiam, vt dicunt,consuetudo generalis non vincit specialem:quin è contrario specialis generalem, l. legatorū,§. qui plures, ff.de lega.ij.& l.vxorem,§.Felicissimo,ff. de leg.iij. & l. sanctio,ff.de pœnis,cum si.

De eadēre.

4 ¶Et idem quoq; tenet Alex.consi.xxvij.viso themate,col.ij.lib.vj.& Franc.Aret. qui id dicit no.in l.si mihi & Titio,col.vlt.ff.de verbo. oblig.vbi tamen erranter loquitur in feudo. Cæpolla causarum ciuilium consi. xlv.& si in aliis,col.ij. Masuer. tit.de locat.§.item si emphyteuta.Iason in d.l.vlt.col.iiij.in iij.not.versi.ex hoc tex.C.de iure emphy.vbi & hanc rationē adiicit,quoniam statutum & cōsuetudo recipit interpretationem à Iure ciuili. l.ij.C.de noxalib.& c.cùm dilectus, extrà de consuetudine. cum simi. Sed de iure communi præfertur dominus aliis quibuscunq;,per d.l.vlt.ergo secundùm eam debet intelligi huiusmodi statutum,quæ etiam ratio affertur ab Aluar.in d.c.porrò,quem tamen Iason non citat.Et præterea respōdet ipse Aluar. ibi d. c.porrò,præferenti in suo casu agnatos domino,quia ibi vterque dominus,& agnatus reperitur eo iure & consuetudine priuilegiatus.In emphyteusi autē dominus de Iure cōmuni id priuilegium consequitur, scilicet per d.l.ij. vnde statutū posteà superueniens debet intelligi sine præiudicio domini iā priuilegiati, argu.l.rescripta, C. de precib.Impera.offer. Et facit quod no.in l.ex verbis,C.de donatio.inter virū & vxorem, & quæ latè diximus suprà eo.tit.§. j.gl. xiiij.quæ est in verbo,*ou equipolens à vente*, num.93.& generale est vt lex.& iterum nu.104.& id quidem iure optimo.Et idem tenuit Ioan Oldendorpius Actionum classe iiij. in actione emphyteutica, in practica illius actionis.

Superfluitas & repetitio tolerantur, cūres fit clarior.

5 ¶At vnum hic non omiserim,id quod hic statuitur, præferri consanguineum domino,idem quoq; statutum fuisse suprà tit,omnium huius volu.ij.§. ix.qui est omnium totius volu.xxij. nisi quòd hic prætereà additum est,ipsum consanguineū præferri, nō solùm quando res alteri fuit vendita,vt tunc scilicet ante dominum possit retrahere: sed & cùm ipse primo loco emit,vt possit retinere: quanquàm & id in alio satis contentum potuisset videri ob eandem rationem.Tamen quia hic clarius & dilucidius id scriptū fuit, & alioqui poterat videri dubiū,propter ea quæ scripsimus suprà eo.tit.§.xj.gl.vij.quæ est in verbo,*il y sera receu pro rata*, nu.2.sed & videbatur.Ideò ob id tolerabilior est ea superfluitas(si sic nominari debeat) quæ ex repetitione huius §.oriri posset. Nam & aliàs semper toleratur superfluitas siue eiusdem rei repetitio,cùm fit, vt quod antè dictum est,clarius,apertius, dilucidius enarretur,ex sententia gl.in c.j.in verbo,& filio,& ibi Domi.& Phil. Fran. de sum.Trini. lib.vj. & alia gloss.

in c.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

in c.licet canon,in gl.ij.& ibi quoq; Domi.& Phil.Fran.de elect.eod.lib.vj. & idem Domi. c.si Papa, de priuileg.eo. quoq; lib.& in procemio Decretalium,& ibi post eum Fel.in fi.vbi & ad hoc allegat tex.in c.super quæstionum, iuncto c.cùm te,extrà de offic. deleg. & idem Domi.in c.erit autem,ad fi. iiij. di. Pan.in c.certificari,col.ij.versic.sed quæro quid si,de sepultu.& in c.solitæ,in gl.tanquam.in fi.& ibi quoq; Fel.col. iij.versic.idem quando id quod erat. de maiorita.& obedi.Caro.Rui.consil.lxxxix. casus iste,col.vj.versi. nec obst.ratio,lib. ij.& Phil.Deci.in l.ij.§.vlt.col.vlt.ff.si cert.pet. & in l.quæ dubitationis, post prin.ff.de reg. iur.& Ant.Burg.in c.cùm causa,in prin.extra de emptio.& venditio. vbi & hoc citat l.Gallus,§.nunc de lege.ff.de liber.& posth. & ibi Fran.Aret. qui tamen loquitur de repetitione, cum aliqua additione: vt hic etiam est: qui tamen alius est casus,in quo etiam excusatur repetitio,vt voluit gl. in l.librorum,in prin.in verbo,quòd si in codicibus,ff. de leg.iij.vbi glo. dicit,repetit,vt addat,& gl.similis in §.ius autem gentium,in prin.Insti.de Iure natu.gen. & citui.quæ dicit,repetit de iure gētium,vt aliquid addat, & Do.in c.si tibi absenti,col.v.super gl.j.per eam gl.de præbē.li.vj.& Ang.Are.in §.j.col.j.Inst.de his qui sunt sui vel ali.iuris.Fel. in locis suprà allegatis,in quibus & alios plerosq; modos excusandæ superfluitatis congerit, post ipsum Domi.in locis ab eo relatis.

Et cum aliquid additur.

¶ Quibus & Anto. Burg. in d.c.cum causa, de empt. & vend. alios quoq; modos addit: qui quidem omnes sunt notandi,vt dicit ipse Fel.ad statuta prohibētia articulos superfluos. Ad eum tamen modum excusandæ siue tolerandæ superfluitatis, ab illis inter cæteros adductū, cùm scilicet quid repetitur diuersis respectibus, siue ob diuersos effectus, adde illis Phil. Fran.& Phil.Dec.in c.significantibus,in prin.de appul.& Fran.Cur. seniorem consl.xxviij. domina Franchischina,col.antep.versi.& si diceretur,vbi & ipse multos eius rei modos posuit,vt per eum videre poteris, ne hic tam copiosè ab aliis acta iterum agamus, quod nonnulli faciunt aliorum scriptis suos libros infarcientes:quòd cùm aliquando conquestus fuissem de Chasseneo, cui id vitium propemodum solenne est, is adeò molestè tulit,vt in me nescio quem Ennellanum hostiliter armauerit, sed de his aliàs.

Et aliis quoq; modis.

¶ Verùm illis omnib.addere potes alium modum, ex Franc.Aret. in l.liber homo,§.decem, col.j.ff.de verbo.oblig.cū scilicet id quod tacitè inerat,exprimitur: id enim,vt dicitur,toleratur: & post eum repetit Caro.Rui.consi.clxviij.Iesu Christi,col.vlt.nu.ry.li.j.Aliū quoq; modum quem nobis suppeditat textus in l. item apud Labeonem, §. ait Prætor ne quid.ff. de iniur.videlicet cùm post generalem clausulam eadem res specialiter annectitur.Ea enim quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notētur, videntur quasi neglecta.& ibi gl.adducit cōcor.quos ibi videre poteris.Sed & hoc in loco in mentem venit veteris illius prouerbij,Δὶς καὶ τρὶς τὸ καλὸν. Id est bis & ter quod pulchrū est.quod adeò Platoni placuit,vt nō sit cōtentus semel atq; iterum aduocasse: illius enim meminit in Philebo, rursumq; in Gorgia, atq; etiā in libro postremo de legibus.Et ei quidem mirè concinit, quod apud nos scriptum est,in l. j.§.suprà dictis igitur,C. de emenda.Iustit.Codi.in hæc verba:Nemini venit in dubiū,quòd repetita prælectio probauit,hoc esse satis validū,satisque formosum.Sed & ad primū casum vide tex.in l.j.§.sed sciendū,versiculo vitiumq;,ff.de Ædili.edic.vbi scribitur,Ædiles tollēdæ dubitationis gratia bis καὶ τὸ αὐτὸ idem dixisse, ne qua scilicet dubitatio superesset. Vide etiam gl.in cap.non existimemus,in verbo,quia non discernimus. & ibi Arch.xiij. quæstio. ij.& in l.certi condictio,in princ.in glo.ij ff.si cert. peta.& Spec.tit.de procur.§.hoc autem, versiculo,sed oppone.& Panor. in sua disputa.incip. stante statuto,char.vlti. col.ij. Nec omittendum,quod scribit Ioan. And. post Hostien.in c.nimis iniqua,ad fin.de excess. prælat. verba in instrumentis non posse nimis specificari ad tollendam dubitationem, & sophisticā interpretationem.& post eos Phil.Dec.consi.xj.quoniam,col.ix.versic. allegata.

De eadē re.

Bis & ter quæ pulchra sunt.

§. XXII.

ET SI LEDICT seigneur est acertené du pris par lettres, [a] & serment dudict achepteur, & ledict seigneur ne vienne payer ledict pris dedans huict iours, [b] il en est forcloux, aussi bien que seroit le lignagier, s'il ne veult monstrer le pris estre moindre,comme dict est.

QUOD si ipse dominus certior factus per tabulas [a] & iusiurādū emptoris,intra octo dies [b] pretiū non refuderit, omnino excluditur,non secus ac consanguineus, nisi rem minoris emptam docere velit.

PAR

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

PAR LETTRES, PER TABVLAS, GLO. I.

1 *Emptor seu di debet domino ostendere instrumentũ emptionis.*

IDEST, vt emptor ostendat domino instrumentum emptionis, eiq; legendũ præbeat, si id petat dominus, iuxta ea quæ late diximus suprà hoc eod. tit. §. j. in gl. x. in verbo, *dedans l'an*, in xviij. q. & iterum in §. ij. eiusdem tit. in gl. j. ibi enim est eadem propè consuetudo, illicq; reperies, quid dicendum sit, si nullum instrumentum de emptione confectum sit, & alia multa ad hunc locum pertinentia.

DEDANS HVICT IOVRS,
INTRA OCTO DIES, GLO. II.

1 *Quod tempus hac in re de iure communi statuitur.*

DE IVRE communi in emphyteusi duo menses huic rei præstituti sunt, in feudo autem annus: vt de primo tex. est in l. vlt. C. de iure emphy. De secundo autem in c. j. §. porrò, tit. quali. olim feu. ali. po. Hanc autem consuetudinem intelligas secundùm aliam, quæ est suprà tit. ij. §. iij. qui est omnium huius volu. xvj. vt scilicet dominus ipse, transacto hoc octo dierum tempore, non possit amplius rẽ ipsam ad se aduocare, restituto pretio iure feudi, non tamen priuatur suis laudimiis. Quod autem posteà dicitur in nostra consuetudine, *S'il ne veult monstrer*, &c. intellige omnino secundùm §. iiij. suprà eod. titulo, & quæ ibi diximus in glo. ij. & iij.

§. *XXIII.*

ET SI le lignagier ne veult retraire le tout, il ne sera pas receu, [a] s'il ne paye le pris. Mais le seigneur du fief sera receu pour la partie, qui sera tenue de luy en fief [b].

SI consanguineus rem integram retrahere nolit, non audietur, [a] *nisi refuso pretio. Contrà dominus admittetur pro ea parte, quæ sibi iure feudi est subiecta.* [b]

IL NE SERA PAS RECEV,
NON AVDIETVR, GLO. I.

1 *Consuetudines. An proximus possit retrahere partem rerum venditarum.*

HOC idem statuit consuetudo Meldensium, c. consuetudinum eius gentis ciiij. quod posteà declarat c. sequ. & Aurelianensium, c. cccv. quod est xxx. huius tit. *de retraict.* & Victriacensium cap. cxxix. & Turonensium, hoc eo. tit. *de retraict*, c. xxiij. Borboniensium, c. cccxlix. Burdigalensium, c. xxx. qui est xxvij. huius tit. in fin. Sanctonensium, c. liij. Niuernensium hoc quoq; tit. ℣. xxvij. Nullamque scio, quæ contrarium statuerit, præterquàm Britonum, c. lj. antiquarum consuetudinum & reformatarũ hoc eod. tit. §. xj. & seq. & Comitatus Burgundiæ, tit. *reachapt*ζ, §. ix. Idq; quod hic statuitur, dicit procedere de Iure communi Masuer. tit. de retractu, §. item vna vel pluribus, & Boër. hoc eod. tit. §. v. col. ij. versi. sed nunquid si plura. Pyrrhus in d. c. xxx. tit. de retractu consuetudinum Aurelianensium. Ioan. Montolo. in promptuario vtriusq; iuris, tomo j. in verbo, redimere, versi. ij. in verbo, habebit licentiam, & Ferro. in d. c. xxvij. huius tit. atq; etiam, c. iij. eiusdem tit.

2 ¶ Et id quidem æquum est: nam emptor aliàs non erat verisimiliter empturus, quàm si tota apud se maneret, aut tota redimeretur, vt posteà dicemus. Et id satis comprobat l. quod autẽ, §. vltimo, & lex sequens, & l. quòd si vno, ff. de in diem addict. quibus cauetur, quòd si plures diuersis pretiis rem communem pro sua quisque parte vendiderint sub pacto addictionis in diem, si duo alteri addixerint, vnus addictionem eam non admiserit, huius pars priori emptori empta manebit. Et per illum tex. in d. l. quòd si vno. respondit Bal. consil. xxxij. præsupponitur in facto, lib. ij. & iterum consi. xxxiiij. in causa ista allegantur, versiculo, sed videdum, eo. lib. ij. quòd venditio plurium rerũ, facta vno pretio, non potest ratificari, quantum ad vnam rem tantum, sed debet in totum ratificari: nã nó vnam rem (inquit) erat emptura.

3 ¶ Et huc quoq; spectant alij tex. videlicet in l. cùm eiusdem, & in l. Ædiles aiunt, §. vlti. & l. si plura, & l. Labeo, quæ est pen. §. idem ait, ff. de Ædili. edict. vbi si plura mancipia vno pretio fuerint vendita, & vnum eorum fuerit morbosum, omnia redhibentur: nec cogitur emptor non morbosa retinere pro rata pretij. Id quod etiam ex illis legibus tradit Bal. in l. si prædiũ, col. ij. versi. sed pone duas, C. de Ædilit. act. & Rom. consi. cccxcvj. in casu propositæ consultationis, col. j. De quotamen vide Signo. consi. liij. super prima. in princ.

De eadẽ re.

¶ Huius

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

4 ¶Huius autem rei autoritate suffulti Richar. Mal. Old. & post eos ipse Bald. in d. l. cùm eiusdem, dixerunt, quòd qui plures res accepit in emphyteusim simul ac eodem cõtextu, & pro vna omnium pensione, si malè versetur in vna ex iis, cadit omnibus, etiam in quibus non est malè versatus. Quod & voluit idem Bald. in l. æde, col. vlt. versi. sed quid si ex pluribus, & ibi quoque non obscurè Alb. col. pen. C. de loca. dum Bal. ipse dicit in hac re distinguendum, vt in redhibitoria, per d. l. si plura, & Alex. cons. cxviij. in casu de quo quæritur, colum. j. lib. v. & Barb. qui tex. in d. l. cùm eiusdem, dicit omniũ stupore dignum, in l. iiij. §. Cato, col. xxiij. vers. & adduco text. ff. de verb. oblig. & iterũ in l. scire debemus, col. vj. vers. ego vidi dubitari, eod. tit. quibus locis ita dicit se consuluisse, sicuti ipse fecit, consil. xxxvj. sapienter scripsit, col. vj. versi. sed circa hunc articulum, & multis seq. lib. ij. & Iason in l. si ita quis promiserit, §. ea lege, col. vlt. ff. eod. tit. & Pyrrus in commentariis consuetudinum Aurelianensium, vbi suprà. vide tamen quæ dicam infrà in hac eadem glo. versic. xxviij. tertiò intellige, & seq. *De eadẽ re.*

5 ¶Facit & text. in l. si quis aliam, ff. de solu. vbi si res in solutũ data fuerit pro parte euicta, aut ex duobus fundis alter euictus sit, remanet integra obligatio: quia creditor eas res non accepisset, nisi pro solido eius fierent. De quo & tu vide l. cùm plures, ff. de euict. & Bart. in l. j. eo. tit. Facit item text. in l. si duos, ff. de contrah. empt. vbi si duos quis seruos emerit pariter vno pretio, quorũ alter ante traditionẽ mortuus fuerit, in vno quidẽ non constat emptio: quia (vt dicit gl. ibi) fortè non erat empturus, nisi vtrunq; simul. & ibi sequitur Alb. Et eius l. arg. respondit Imo. consi. xxxix. visis ac põderatis, cõductorem plurium rerum vno pretio, siue vna pensione pro omnibus, posse resilire à conductione omnium, propter vnam earum, qua frui non potest: quia reperta fuisset esse cuiuspiam monasterij. Sed & illo tex. subnixi Iac. Ray. & Cy. in l. si mihi & Titio, & ibi quoq; Alex. qui illũ tex. dicit not. col j. ff. de verb. obl. dicũt post gl. ibi, in verbo, nõ augeat, quòd ideò in l. fundus ille, ff. de cõtrah. emp. est locus iuri accrescẽdi, quia verisimiliter venditor nõ erat partem venditurus: quod & dicit gl. in d. l. fundus ille. *De eadẽ re.*

6 ¶Et his quoque concinit text. in l. fistulas, §. qui fundum, ff. de contrahen. empt. vbi qui fundum ea lege emerit, vt soluto pretio ei traderetur, si decesserit relictis duobus hæredibus, non potest vnus soluendo partem pretij agere ex empto. & ibi reddit rationem Bartol. ex d. l. si quis aliam, quia scilicet venditor non nisi totum alienasset, & sequitur Alexand. consilio lxxvj. visis dubitationibus, col. iiij. versic. pro ista parte, lib. v. Et illius tex. autoritate dicit ipse Bart. in d. l. scire debemus, in princ. circa medium, versic. quæro cuius vtilitatis, ff. de verbor. oblig. quod vbi tractatur de resolutione contractus, tunc venditio plurium rerum facta vno pretio, censetur esse vna venditio, ideoque ob vnam rem resoluitur contractus & in alia. & sequitur Ias. ibi, & Alexand. consil. clxxviij. viso processu, col. ij. versic. alio principali fundamento, lib. vj. & Franc. Aret. qui declarat, quomodo id intelligatur, consil. cxxix. consultissime domine Collateralis, licet, col. j. Sed & per illum text. dicit Paul. Cast. in l. Iulianus, §. offerri, post prin. ff. de act. emp. quòd si vnus ex hæredibus emptoris offert partem pretij ipsum tangentem, non consequitur partem rei inuito creditore. *De eadẽ re.*

7 ¶Sed & eodem respicit tex. in l. tutor, §. curator, ff. de minor. vbi si curator adolescentiũ prædia communia sibi, & iis quorum curam odministrat, vendidit, eatenus rescinditur venditio, quatenus adolescentium pro parte fundus communis fuit: nisi emptor à toto contractu velit discedi, quòd partem empturus non esset. Et in l. si id quod, §. si ex decem, ff. de dona. inter virum & vxorem, vbi si ex decem donatis vxori à viro ipsa vxor seruos duos emerit, & eorũ alter sit mortuus, alter decem dignus sit: interest vtrùm vno pretio vænierint, an diuersis: si vno, tota domus petenda: si diuersis, hoc solum petendum, quanti emptus sit, qui superest. Et in l. si libertus, §. si quis plures, ff. de iure patro. & in l. si vno. & quod ibi not. Bart. ff. de actio. empt. & in l. quòd si nolit, §. Marcellus. & §. seq. & §. si venditori, ff. de Aedilict. edict. Et facit etiam textus in l. qui pignori, ff. de pigno. vbi qui pignori plures res accepit, nõ cogitur vnam rem liberare, nisi vniuerso debito soluto. *De eadẽ re.*

8 ¶In hanc quoq; sententiã facit, quod à Bar. respõsum est, cons. cxcv. Angelotus, quòd si quid detur à duobus in solutũ creditori, cum pacto de reuendendo intra certũ tempus: vnus illorum nõ poterit pro parte redimere: quia nõ est verisimile, quòd vnã partem voluisset emere, vel retinere sine alia. & allegat quædam ex dictis iuribus, & hanc quoq; rationem, quæ huc optimè quadrat. Nam quando cõditio siue facultas, quæ consistit in faciendo simpliciter, vel mixtim in dando & faciendo, ponitur etiam in persona duorum, tunc nõ potest impleri per vnum eorũ pro parte, l. si ita fuerit, in prin. & §. quæstio, ff. de manu. testa. & not. in l. si plures, C. de cond. inser. Sed hæc facultas redimendi siue retrahendi cõsistit in dando & faciendo, l. consilio, & ibi not. ff. de cur. furio. & not. gl. in l. certi condictio, ff. si cert. peta. Nec obstat (inquit) l. legatũ, §. vlt. & l. pen. §. j. ff. de condit. & demonst. quia illæ loquuntur in conditionibus

De eadẽ re. Datio in solutũ à duobus facta, an possit ab altero redimi. Facultas retrahendi consistit in dando & faciendo.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

in merè dando consistentibus: hîc autem in dando & faciendo. Sed & illæ loquuntur in legatis, vbi fauorabilis fit interpretatio pro legatario contra hæredem scriptum, qui certat de lucro, vt regulariter fit in testamentis. Hîc autē loquimur in contractibus, in quibus interest contrahentis, ne pars tantùm apud se muneat. Hæres verò, siue totum, siue pars apud eum manear, semper lucratur, arg. pro ea ratione, d.l. fundus ille, & quod ibi not. ff. de contrahen. empt. & alia quoque addit ipse Bart. huc pertinentia, quæ quisque videre poterit.

9 ¶ Et de hoc ipsius cons. meminit ipsemet Bart. in l. cui vsusfructus, ff. de vsufr. leg. vbi & idem
De eadē re. voluit, & ibi quoq; Lance. Dec. & iterum quoque idem Bartol. in d. l. si quis aliam, in fi. & ibi etiam Ang. & Pau. Cast. post prin. ff. de solu. Bal. in l. ij. ad fi. & ibi Hier. Cagno. in xiiij. quest. C. de pact. inter empt. & vend. & idem Bald. consi. ccclxxxiiij. duo sunt, col. ij. lib. j. & d. cons. xxxij. lib. ij. vbi præterea adducit duas rationes satis efficaces. Prior hæc est, quia si aliud diceretur, quis inuitus compelleretur ad communionem, quæ immensas contentiones parit, l. in re communi, ff. de seru. rusti. præd. de qua re vide quæ dicam infrà, num. 17. sed vt ad alias. Altera ratio Bald. est, quia pluris valet, plurisque emitur totum in toto, quàm pars respectu rei. l. Mæuius, §. in fundo, ff. de leg. ij. de qua etiam ratione dicemus plenius d. num. 17.

10 ¶ Idem quoque voluit ipse Bald. d. consil. xxxiiij. eod. lib. ij. dum allegat Bart. vbi suprà. atque
De eadē re. etiam Raph. & Ioan. Por. in d. l. si mihi & Titio, ff. de verb. obli. idem Raph. in l. cui fundus. ff. de condit. & demonst. & Paul. Castr. consil. ccxxij. in hoc passu duo sunt, ad fi. lib. j. Io. Plat. in l. vlt. versic. quid autem si quis emit, C. de agric. & mancip. lib. xj. & Alex. consil. cxliij. viso statuto Mediolanensi, lib. vij. Franc. Capilistra Padua. in l. j. in fin. C. quando non peten. part. Socin. consil. cc. quoniam ex forma, col. pen. versic. secundò dicitur, lib. ij. quod iterum repetitur consil. cxxv. lib. iiij. & idem Socin. consil. xvj. anno domini, ferme vbique lib. iiij. vbi dicit, quòd clara est conclusio, contra quam non reperitur aliquis scribentium tenere. & Fabianus in tracta. de emptio. & venditio. in ij. quæst. vij. q. princ. & Iason qui & ita dicit omnes tenere, in l. stipulationes non diuiduntur, col. xij. versicu. expedita theorica, ff. de verb. oblig. Philip. Dec. in l. eius qui, §. quas verò, col. j. in v. notab. ff. si cert. pet. Carol. Ruin. consil. lxxxij. videtur, col. ij. num 4. lib. j. & consil. xlvij. in causa, ad fi. lib. iiij. Andr. Alcia. qui & hanc dicit esse communem opin. in l. iiij. §. Cato, col. xviij. versic. ex istis infertur, & ibi quoq; Ant. Rub. ff. eod. tit. idem Alci. in l. si creditores, col. iij. versicu. sed quid in hac quæstione, C. de pact. & ipse Anton. Rub. consil. xc. viso casu. Steph. Bertr. cons. xlj. licèt contractus, lib. iij. Chasse. in comment. consuetud. Burgund. tit. *de rentes vendues à rachapt*, §. j. in in iiij. quæst. Io. Monto. in promptua. vtriusque iuris. vbi suprà citauimus, num. 1. huius glo.

11 ¶ Et certè nullos reperi, qui cōtrarium affererent, si me non prorsus fallat memoria, præter
De eadē re. Obertum Cremo. doctor. antiquum in l. si legato, §. si Stichus, ff. de manu. testa. per tex. ibi, & in l. legatarius, in prin. ff. de leg. j. & in l. cui fundus, ff. de cond. & demon. & Firmi. qui illū citat, & sequitur, in suo illo vberrimo repertorio, in verbo, emptor retrouendens, vers. iij. vbi ita dicit se consuluisse Senis in ardua quæst. & iterum in verbo, obligatus, versi. cxxv. Sed quid ij facerent aduersus tot legum proceres, & eos quidem tot armis rationum & legum munitos: ex quibus aliquot suprà adduximus, & paulò pòst quoque afferemus. Tu tamen vide quæ dicam infrà tit. seq. qui est de retractu conuentionali, §. j. in glos. vj. quæ est super verbo, *ou ses heritiers*, num. xxx. sed vt iterum. & Francisc. Aretin. d. consilio cxxix. consultissime domine, col. j. & Iason in l. si duo patroni, ff. de iureiuran.

12 ¶ Præcedētibus quoq; adstipulatur, quod Bal. ex facto interrogatus respōdit consi. cccclxxv.
De eadē re. ad euidentiā, col. ij. vers. quia quæstio nostra, lib. j. quòd cùm locatio siue emphyteusis rei ecclesiæ possit fieri ad nouē annos tantùm, per not. in c. vlt. extrà ne præla. vices suas: & si facta
Locatio in lōgius permisso facta an in totū vitietur. sit ad prolixius tempus, vitietur, quod est suprà eosdem nouē annos tantū. l. sancimus, C. de do. Tamen id debet intelligi, si ea locatio ita facta fuerit, vt pro singulis annis certa pēsio soluatur: secus si pro omnibus simul vna tantùm pensio solui debet: quia tūc propter vnitatem pretij eius cōtractus, diuidi non potest, totumq; vitiatur, per d. l. cùm plura, ff. de Aedil. edic.

13 ¶ Quin sunt, qui dicunt etiam in illo priore casu Bal. eam locationem sine emphyteusim non valere adusq; nouem annos, ob id quòd ecclesia posset dicere, se non fuisse concessuram, nisi ad totū tempus in concessione comprehensum. arg. d. l. si quis aliam, & d. l. cùm eiusdem. Ita enim voluit hac ipsa ratione Bar. cons. clix. visa quadam constitutione, in iiij. eodemq; vlt. dubio. & Lapus Alleg. lxxx. quæris cùm locatio. & Alex. cons. xvij. viso instrumento, col. iij. vers. nec etiam si diceretur, lib. iiij. vbi & alios citat, qui sunt eiusdem sententiæ, aliis tamē rationibus moti. & Soc. in l. j. §. sed & si mihi, ff. de verb. obl. & Carol. Rui. cons. lvij. quo ad ea, col. v. nu. 12. lib. j. De quo tamē vide plenissimè apud Card. Alex. in c. j. in prin. col. pe. versi. sed stat punctus,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

punctus,tit.qui feud.dar.poſſ.& Philip.Dec.in auth.qui rem.col.vlt. C.de ſacroſ.eccleſ.vbi plurimos allegat in vtranq; partem,ſed hîc tantùm dicere volui,quod ad hunc locum pertinet,& aliquid quoque dicemus infrà tit.ſeq.in fi.nu.145.& id quidem.& ſeq.

14 ¶Huc quoque ſpectat,quod ſcriptum eſt à Raph.Co.conſ.xlj.ad primũ quæſitum,verſic.ad ſecundum reſpondetur,& rurſum paulò ante fi.quòd vnus cenſetur contractus eſſe,ſiue ſuper vna re,ſiue ſuper pluribus cõtrahatur, quando eſt vnica quantitas expreſſa, per d.l.cùm eiuſdem,de Aedil.edic.Ideoq; (inquit) non poteſt is,cui conceſſæ ſunt plures res in emphyteuſim pro vna penſione,ſoluere partem penſionis pro rata vnius rei, & pro aliis nõ ſoluere. Et à Corn. conſ.xxxviij.viſo libello,col.iij.verſicu.& inſuper,lib.iij.quod ſi tibi dedi mandatum de permutando fundum Titianum,aut eius partem dimidiam cum fundo Sempronianno,aut eius parte dimidia,& tu permutaſti fundũ illum Titianum cum dimidia fundi Semproniani, & cum fundo Seiano:non valet iſta permutatio, etiam quantùm ad dimidium fundi Semproniani,de quo habebas mandatum.per d.l.quòd ſi vno,& d.l.cùm eiuſdem. *Decadere.*

15 ¶Et vt generatim confuſimq; alia tibi cõgeram,facit ad ſuprà dicta,quod ſcribit Bart.in ſua diſputatione incip.publicanus,col.j.verſ.quintò probatur.Alb.in l.patri,§.j.in fi.ff.de minor. Bald.conſil.xliij.iſte dominus Chriſtophorus,colum.ij.verſi.ſecundò quia non poteſt,lib.ij. Alex.conſ.lxxvj.viſis dubitationibus,col.iiij.in tertio dubio,lib.v.& conſil.clxxviij.viſo proceſſu,col.ij.ad fi.& iterum col.vlt.verſic.non obſtat etiam,lib.vij.& Corne.conſil.cxxv.viſo puncto,col.vlt.verſ.& ſic,& ſeq.lib.j.& conſ.lj.licèt in hac,col.ij.in litera F.lib.ij.Soci. conſ. lxxxij.in cauſa & lite.col.vlt.lib.iij.& Philip.Dec.in d.auth.qui rem,in fi.C.de ſacroſ.eccleſ. & conſil.xiiij.cuius ſuperſcriptio incipit,vtrùm valeat aditio,col.j. verſic.cõprobatur etiam. Et priuatim ad id,quod dictum eſt de pluribus rebus venditis vno pretio,vt vna cenſeri debeant,facit text.in l.prædiis,§.Titio, & §.Balneas,& iterum §.vlt.ff.de leg.iij. *Decadere.*

16 ¶Et hæc quidẽ his rationibus fulciuntur.Nam obligatio de reuendendo continet rem tradi, per tex.in l.j.& l.ex empto,in prin.ff.de act.empt.& l.ſi traditio.C.eo.& l.in conuentionalibus,in fi.ff.de verb.obliga.Rem autem tradi eſt indiuiduum,d.l.ſtipulationes non diuiduntur,in prin.eo.tit.de verb.oblig.quia etiam facta,cuiuſmodi eſt reuendere,l.conſilio,§.vlt.ff. de cura.fur.& l.qui quadraginta,ff.ad leg.Falcid.& l.ij.§.item ſi in facto, & iterũ l.iiij.§.Cato,ff.de verb.oblig.& gl.in d.l.certi condictio,in gl.magna,ff.ſi cert.pet. Bart.in l.vxorem,§. agri plagam,ff.de leg.iij.& in d.l.cui vſusfructus,ff.de vſufruct.lega.vbi loquitur de hoc noſtro pacto Bald.in l.ex hoc iure,ff.de iuſti.& iure, & Alb.in l.vſus,in prin.ff. de vſu & habit. & Doct.vbique.Igitur facta (vt repetam) ſunt indiuidua,l.fideicommiſſa,§.pen.ff.de leg.iij. & l.ſi is qui,§.j.ff.ad leg.Falc.& l.ſi ita fuerit,ff.de manu.teſta.& not.in d.§.Cato, & in d.l.ſtipulationes non diuiduntur. Et quòd obligatio rem tradi,ſit indiuidua, tam quò ad ſolutionem,quàm quò ad obligationẽ,tenuit expreſsim Bart.in l.ſi vt certo,§.ſi duobus,col.iij.verſi. item oppo.duo rei,ff.commod.& in d.l.ſtipulationes,quibus locis id probat multis rationibus,quas videre poteris.Tu tamen ad hanc rationem vide Franc.Aret.conſil.vj. viſo inſtrumento diuiſionis,& Socin.d.conſil.xvj.anno domini,lib.iiij. qui aſſatim tractant, an emptor qui promiſit reuendere,teneatur ad tradendum.& dicemus alicubi in ſeq.tit. *Rationes precedentium.*

17 ¶Sed vt ad alias rationes tranſeamus, non eſt tanta vtilitas & æſtimatio rei in parte reſpectu ipſius partis, quanta in toto reſpectu totius, d.l.ſi quis aliam, ff.de ſolut. & d.l. fundus ille cum glos.ff.de contrahen.empt.& l.Mæuius,§.vlt.ff.famil.erciſcun.& l.ſi quis id quod, in fi. ff.de in diem addict.& l.Mæuius.§.in fundo.ff.de legat.ij. & glo.in l.j.in verbo, partis, & ibi etiam Bald.in quarto notab. Salic.in quinto notab. C. commu.diuid. Bart.in d.l.vxorem,§. agri plagam,in fi.ff.de leg.iij.Bald.in l.filium quem,col.vj.verſi.ex qua lectura habes,& aperius col.ix.verſic.vlterius quæritur,C.famil.erciſc.& d.conſil.ccclxxxiiij.lib.j.& Carol.Ruiconſi.cxlix.quæſtio vertitur,ante fin.lib.iiij.& Doctor.vbique. Præſertim cùm præter intentionem emptoris incideret in communionem : ad quam nemo inuitus compellitur, l.ſi non ſortem,§.ſi centum,ff.de condict.indeb.Ea enim multa affert incommoda & difficultates.l. pater,§.dulciſsimis,& ibi Doct.ff.de leg.ij.& l.in re communi,& ibi Bald.& Floria.ff.de ſeruit.vrban.prædio.& l.ſancimus,§.ne autem,C.de donatio.& l.qui neque, in fi.ff.de reb.eor. cum aliis multis concord.à me traditis infrà tit.xxiiij.qui eſt *de douaires*, §.iij.qui eſt cccv. omnium noſtrarum cõſuetudinum.Vnde & venditio partis multa etiam adducit incõmoda: vt dicit Bald.in l.j.§.in primo,col.iij.verſic.extrà quæro, C.de caduc.tollend. per d.§.ſi centum,& l.ij.C.quando & quibus quarta pars,lib.x. *Alia rationes.*

18 ¶Et hac ratione dicit Bal.vbi ſuprà,vnum huic loco maximè accommodatum,quòd ſcilicet in contractu venditionis eſt locus iuri accreſcendi, d.l.fundus ille:ſecus in cæteris cõtracti- *Decadere.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

bus,d.l.si mihi & Titio,ff.de ver.obl.vt scilicet vterq; & emptor & venditor maneat indēnis: quia verisimiliter neuter erat partem vēditurus aut empturus,cùm partis venditio non minima habeat incōmoda, per dicta iura. Id quod etiam ante eum voluit gl.in d.l. fundus ille. Hanc autem rationem ita confirma, quòd cùm non sit tanta vtilitas in parte respectu partis,quanta in toto respectu totius, vt diximus, sequitur & ex hoc capite, id indiuiduum esse, l.j.§.si pecuniam,& ibi Bart.ff.deposi.idem Bart.in d.§.Cato,& in d.l.stipulationes non diuiduntur, in iij.q.per l.in executione,vers.secūda ad opus,eod.tit.de verb.oblig.& Bal.in d.l.si plures,C.de condit.inser.& Io.Berbe.in Viat.iuris,tit.de loca.char.ſ. versic.solet & quæri.

19 ¶ Restant aliæ duæ rationes,quæ mihi non visæ sunt omittendæ. Vna hæc est,quòd cùm vna res,aut plures,vno pretio emptę sunt,nō debet pretiū particulari solutione diuidi,l.planè,ff. famil.ercis.& not.in l.quidam existimauerunt, ff.si cert.pet.& in l.tutor,§.Lucius,ff.de vsur. Altera & omnium postrema ex eo procedit quod generaliter dicimus,aut totum admittendum,aut totum repudiandum,l.cùm quæritur,in fi.ff.de admin.tuto.& l.nam absurdum, ff. de bon.lib.& l.si ita stipulatio,in fi.ff.de ope.lib.& l.quidam elogio, C.de iure delib.cū aliis multis concord.à me adductis infrà tit.procedente,in fi.nu.ſ.faciunt & alia quoque,& seq.

De eadēre.

20 ¶ Ex iis autem quæ dicta sunt,satis potes intelligere, quòd si etiam in vno contractu vel instrumento venditæ sint plures res,pretiis in singulas res diuisis,videlicet domus centum aureis,fundus aliis centum,censentur esse plures ac diuersæ venditiones, vt probant iura quæ suprà in princip.huius glo.adduximus:præsertim verò,d.l.cùm eiusdem,& d.l,si plura, ff.de Aedil.edict.& præterea l.quòd sæpe,§.in his,ff.de contrah.emp.& l.in bello,§.vlt.ff.de capt. & postli.reuer.& asserunt Franc. Aret.& Socin.in l.si ex toto,§.vlt. vterque in secundo nota. ff.de leg.j.& idem Aret.consil.xj.procedendum est,col.j.& Fabianus in tractatu de emptio. & venditio.in v. quæst.princip.col.vj.versi.item distinct.& ante hos Bald.consil.lxvj.factum tale est,apparet,tum col.j.in princip.tum col.ij.versicu.alij dicunt, lib.iij. vbi ex hoc decidit pulchrum casum.& idem Bal. in l.vlt.§.præterea,col.ij.C.de iure dot.vbi dicit per tex.ibi,in verbo, pro singulis, quòd si in eodem instrumento plures res continentur, quæ quidem habeant diuersa pretia,dicuntur etiam plures venditiones. Ideò si alter contrahentium in vna re sit deceptus vltra dimidium justi pretij, in illa tantùm habebit locum rescissio, ex l.ij. C. de rescind.vendit.non etiam in aliis. Ita enim eum allegat,licèt id mihi dicere non videatur, Philip.Dec.consil.cccxxj.plenè & subtiliter,col.j. Sed id planè voluit ipse Bald. alio in loco,cuius Dec.non meminit,scilicet consil.xcj. facti narratio, in fi.lib.ij. vbi tamen intelligit, nisi in aliis rebus etiam singulariter æstimatis tantū esset lucri,vt in ea videri non posset fuisse deceptus:nam ex eodem contractu fit compensatio vnius corporis ad aliud, l.si duorum, §. sed rectius est,ff.de actio.empt. Hæc ille: qui & ipse illud quoque postremum dixerat in d.l. vlt.§.præterea,de iure dot. & eum sequitur Francisc. Aretin. qui nec illius consilij meminit, in d.l.scire debemus,colum.penult.versic.& adde duos effectus,ff.de verbor.obligat.Sed & ipse Bald.& Angel. in d.l. cùm eiusdem,ff. de Aedili. edict. scribunt, quòd si ex statuto debeat solui gabella ex omni contractu, si eodem instrumento venditæ sunt plures res eodem pretio, vna tantùm gabella debetur,si diuersis distinctisque in singulas res pretiis, tot debentur gabellæ, quot sunt res. & sequitur Firmia. in tracta. gabel.in xv. quæstio.v. partis princip.& Barb.d.consil.xxxvj.col.vij.versic.& licèt,lib.ij.& Philip.Dec.consil cccxliij.applaudent,col.ij.versic.secundus casus.

Quid in venditione plurium rerum, singulis pretiis in singulas res diuisis.

21 ¶ Et idem quoque cùm plures res sunt emptæ vno quidem pretio,sed quod posteà in eodem contractu in singulas res diuiditur: verbi gratia, vendo domum & fundum trecentis aureis, scilicet domum ducentis,& fundum reliquis centum. Nam & eo casu censebuntur plures venditiones,vt voluit glo.in d.l. Aediles autem, §.si plura, versic.fortè,in princ.& iterum in glo.seq.rursumque in §.vlt.in verbo vno pretio,atque etiam in glo.vlt.ff.de Aedil.edict.& in l.cùm in ea,in glo.ij.eod.tit.& Bart.in sua disput.incip.publicanus,ad fin.vbi dicit notandū. & Fabia.à monte S.Sab.in tract.de emptio.& venditio.col.omnium pen.vbi sing.ad hoc dicit glo.in d.l.Aediles,in fin.& Anto. Corse.in suis sing.in verbo,venditio, incip.licet plures, qui est in fi.illius operis.vbi dicit de hoc esse text.in l.cùm duo serui,ff.de in diem addic. Super quo tamen vide Signo.consil.liij.super prima,in princ.

Quid, si vno pretio, quod diuiditur in singulas res.

22 ¶ Sed & idem denique, si ex contrario primùm fuerit diuisum pretium in singulas res, & vnum ex omnibus coactum:videlicet hoc modo,vēdo tibi domum sexaginta aureis, & fundum quadraginta,quæ quidem summæ in vnum redactæ faciunt centum aureos. Nam nihilo minùs censentur esse plures venditiones,vt dicit Franc. Areti.in d.l.scire debemus.col. iij.versic. & aduerte,ff.de verb.oblig.vbi de hoc dicit esse text.not.& sing.in d.l.si plura,idq; ex eo dicit probari,quod scribit Bart.in l.vbi fideiussor, ff.de solu.quòd quando iudex in sua sententia

Quid, si è diuerso, pretium in singulas res diuisum, in vnū cogitur.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

sententia exprimit diuersas summas pro diuersis causis, deinde dicit, quòd omnes summę simul faciunt summam centum aureorum, in quam reum condemnat, non dicitur reus condemnatus in centum, sed in quantitates specialiter & diuisim expressas.

23 ¶ Verùm hæc omnia velim intelligas tribus aut quatuor modis. Primo, nisi cõstaret emptorem aut venditorem non nisi omnes res empturũ aut venditurũ fuisse: tunc enim licet in singula capita pretium sit constitutum, censebitur tamen vna venditio: nec poterit in quibusdã tantùm rescindi, vt est text. expressus in d.l. cùm eiusdem, §. interdum. ff. de Aedili. edict. vbi ponitur exemplum, in quo id manifestum est. Quo subnixus Phil. Dec. d. cons. cccxxj. col. j. respondit, quòd si plures res singulis pretiis eodem instrumento sint vẽditæ, quas tamen constat contrahentes non empturos aut vendituros fuisse, nisi omnes: huiusmodi contractus habebitur pro vna venditione: vnde & venditori agenti ad pretium obstabit exceptio rei non traditæ: donec omnes traditæ fuerint. Quæ quidem omnia ad hunc nostrum casum sunt notanda. Et faciunt scripta à Signo. d. consil. liij. super prima quæst. in primo dubio.

Quid si cõstet, cõtrahentes non nisi omnes res empturos & vendituros fuisse.

24 ¶ Quid enim dicemus in hac specie, cùm quis simul emit centum agri iugera, vel etiam fundum quempiam simpliciter, non designato numero iugerum, vno tamen eodemq; pretio in singula iugera constituto, quorum alia sunt fertilia, alia sterilia: dicemusne, consanguineum posse retrahere fertiliora, soluto illo singulorum pretio, relictis sterilibus? Et id certè iniquũ foret & absurdum, per l. qui vtilia, & l. quisquis, C. de om. ag. deser. lib. xj. Et ita in hac specie voluit, quisquis is est, qui repet. fecit in l. j. C. de fund. rei priuat. eod. lib. in iiij. reg. fal. ij. considerationis. Nam & vt ad illam rationem redeamus, hic emptor verisimiliter non erat sterilia empturus sine fertilibus, quamuis omnia æquali pretio emerit.

Pretio in singula iugera constituto, an fertilia tantũ retrahi possint.

25 ¶ Secundò intellige procedere, nisi res duę separatim & diuerso pretio fuerint datæ in solutum pro vno ac eodem debito: exempli gratia, tu mihi debes ex eadem causa trecentos aureos, pro quibus tu mihi das in solutum duos fundos, vnum scilicet æstimatum centum aureos, alterum ducentos: nam cùm tunc considerata causa primitiua, esset vnum debitum indiuiduum, quod scilicet debitor non potuisset diuidere, & per partes soluere inuito creditore, l. tutor, §. Lucius. ff. de vsur. & habetur in d. l. quidam existimauerũt, ff. si cert. pet. ideò etiã ex pòst facto non debet admitti particularis redemptio consanguinei, vt in hac specie nuncupatim voluit Pet. Besut. in d. l. scire debemus, ad fi. prin. ff. de verbo. obl. & sequitur Ias. in l. stipulationes non diuiduntur, col. xiiij. versi. ad ista etiam adde, eo. tit. vbi dicit ad hoc facere duos tex. scilicet in l. tutor, ff. de fideius. ibi, tituli causa respicienda est, & non titulus actionis. & text. not. in l. id quod, ff. de don. ibi causam & originem constitutæ pecuniæ præualere.

An, quæ dicta sunt in vẽditione, habeant locum in datione in solutum.

26 ¶ Quibus & adde, dationem in solutum omnino esse indiuiduam, eamq; totam, vel ob minimam partem rescindi, atq; infirmari. l. cùm amplius, ff. de reg. iur. & l. si nõ sortem, §. si centũ, ff. de condict. indeb. vbi text. rationem adducit huc admodum pertinentem, ne scilicet quis cogatur inuitus habere communionem. & Bartol. ibi dicit esse notandum pro dationibus in solutum, quæ quotidie fiunt, vt si fiant pro pluri quàm sit debitum, vitientur omnino. & sequuntur Fulg. Paul. Castr. qui id dicit vtilissimum & quotidianum. Alex. Franc. Curt. senior in addit. illius. Soc. & Ias. ibi, & Bal. subobscurè in l. ordo, in pen. quæst. C. de execu. rei iudic. & apertius in l. certi condictio, §. quoniam, colum. iij. versic. secundò si iudex, & ibi quoque Franc. Aretin. Socin. col. vlt. & Philip. Dec. col. j. in iij. notab. ff. si cert. pet. vbi Bald. ipse ita dicit se consuluisse, vti fecit consi. ccccxcvj. tenor literarum, col. iij. versic. sed hic occurrit, lib. j. & quisquis est inter consilia eiusdem consil. ccxxiij. proponitur quòd vnus hæredum, col. j. lib. ij. & rursus idem Bald. in c. quoniam, §. si autem, col. j. versic. sed quid si missio, extrà vt lit. non contesta. Fulgos. consil. cxxxvij. quia ex facto ius oritur, in primo dabio, & consil. clxxij. visis processu, col. ij. versic. hoc itaque recepto, & consil. cxc. visis toto, col. ij. versi. nec quemquam moueat. Raph. Co. in l. iustè possidet, & ibi etiam Alex. col. v. versicu. ibi autem decretum. & Franc. Aret. ff. de acquir. posses. Rom. Paul. Castr. & Alex. qui id dicit not. & Ias. in l. j. §. sed si mihi, & ibi quoque Alciat. num. 22. ff. de verb. oblig. & idem Rom. in l. si is ad quem, ff. de acquir. hære. & consil. cccl. præsens dubitatio, in fi. & consi. ccccliiij. in re præsenti, col. ij. versic. quinimo dicendum est. Flor. in l. in hoc iudicio, col. j. ff. famil. ercisc. vbi dicit Bart. ita se interroganti respondisse. Paul. Cast. in d. l. si quis aliam, col. ij. versic. adde quartum casum, ff. de solut. vbi id dicit sing. & cons. clxv. visis & ponderatis allegationibus, col. vlt. lib. ij. vbi & id asserit procedere in minimo. Stepha. Bertran. consil. cclxix. viso processu, num. 9. & 10. lib. iij. Socin. consil. lxxxij. in causa, paulò antè fin. lib. iij. Philip. Dec. consil. cccciij. quamuis in casu, col. v. & cons. ccccclxxxvij. coram magnificis, col. ij. & Matth. Affli. decis. Neap. ccxviij. petita, non semel, & iterum decis. ccclviij. in causa, ad fi. Caro. Ruin. consil. cxxxvj. primò videndum, col. ij. num. 5. lib. j. vbi & post alios dicit id quoque procedere in datione in solutum

Datio in solutum indiuidua.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

facta à parte.& consil.clx.viso,& col.pen.num.27.lib.ij.& consil.xvij.quia satis,col.iij.nu.6. lib.v.{& Francisc.Curt.iunior consil.clxx.sacratissimæ,&c.habita,col.ij.num.3.}

27 ¶Et Facit etiam,quod in simili re distinguit Bart.inter vēditionem,& dationem in solutum, in d.l.si quis aliam,de solu.& post eum Franc.Aret.consil.ccxxix.cōsultissime domine,col.j. Sed aduerte,quòd multi ex illis,quos suprà vers.præcedēti citauimus, loquuntur in datione in solutum iudiciali.Suntq; qui negant id procedere in conuentionali,siue extraiudiciali:de quo vide Fran.Are.& Soc.in d.§.quoniam, & Ias.in d.§.si centū, & Philip.Dec.in d.l.cùm amplius,& Alc.in d.§.sed si mihi.Intellige autem(ne id omittamus) quòd etsi ea datio vitietur omnino,poterit tamen creditor rei sibi datæ tanquam pignori incumbere, donec soluatur verum debitum,ita tamen vt fructus sortem extenuent.l.Titia,cùm propter dotem,ff.de solut.quam in hoc dicit mirabilem Bald.in d.c.quoniam,§.si autem, vbi suprà.

An ea procedant in datione in solutum cōuentionali.

An autem creditor possit tunc pignori incubere.

28 ¶Tertiò intellige,vt nō procedant superiora in feudo & emphyteusi. Nam etsi plures res in feudum,vel emphyteusim iisdem pactis & oneribus concessæ fuerint,aut etiam vna eademque res:tamen si vasallus,vel emphyteuta,vnam rem ex multis,aut etiam partem vnius alienauerit,illiam tantùm perdit,vt de feudo probatur in c.j.ibi, si totum,totum perdet:si partē, partem perdet,titu.de vasal.qui contra constit.Lotha.& ibi glo. id intelligens ex eo colligit, neminem esse puniendum vltra quàm deliquerit: & allegat alia multa iura, & ibi quoque Bald.Martin.Laud.& cæteri Recentiores.& etiam text.in c.si quis miles,in verbo, totum,& ibi,Mart.Laud.& Cardin.Alexand.qui id annotant & dicunt perpetuò not.tit. de feud.sine culp.non amit.& in c.j.§.illud,& ibi gloss.in verbo,retinet,& iterum in §.denique, in verbo, scriptum,& ibi quoq; Aluar.in illo §.illud,in xxxij.conclus.tit.quæ fuit pri.cau.benefi.amit. & glo.in cap.vasallus,in verbo,ex certa scientia.& ibi Martin.Laud.& Cardin.Alexand.tit. si de feud.fuer.controuer.inter domin.& agn.& glo.in cap.imperialem,§.callidis, in verbo, amittat.& ibi Bald.tit.de prohib.feud.alien.per Federic.gloss.in cap.j.§. aut libellario. & ibi quoque Andr.Isern.Bald.& Aluar.tit.quib.mod.feud.amit.idem Isern.in capit.j.in princip. colum.ij.d.tit.si de feud.fuer.controuer.inter domin.& agna.Ioan.Andr.in cap.ij.super glo. ij.& ibi quoque imo.col.ij.& Panorm. extrà de feud.contra gloss.ibi.Ioan.Fab. in §. si verò, Instit.de legat.Bald.in c.j.col.j.& iterum colum.iij. versic. quæro vtrùm propter peccatum, & ibi latè Cardin.Alexand.in princip.tit.de alien.feud.Soc.& Recentiores in l.iiij.§.Cato, ff.de verb.obligat.Philip.Cec.consil.dclxvij.non consonat,circa medium. & Carol.Molen. in consuetud.Paris.tit.j.§.xiij.glos.v.nume.7. Et de emphyteusi voluerunt Guli.Cu. & Ang. in quibusdam lecturis,vt aliqui referunt in l.cum Syllanianū,C.de his quib. vt indig.Raph. Co.vrà plerisque citatur,in l.quidam in iure,§.donationem,ff.de donatio.& Francisc.Curt. senior consil.lxxj,super controuersia,col.vlt.& Iason in l.vlt.chart.pen.versicu.decimotertiò quæro.C.de iure emphyt.

Vasallus vel emphyteuta qui partem vēdit, an eam tātùm partē amittat.

29 ¶Super quibus tamen vide ipsum Bal.Mart.Laud.& omnino Card.Alex.id latè tractantem in c.j.tit.quali feud.olim ali.pote.& eundem Bal.in c.j.§.hoc quoq;,col.v.versi.tertia conclusio,titu.de succes.feud.& in d.c.j.col.j.in iij.notab.tit.de ali.feud. ipsum Card. in d.c.j.col.j. tit.de vasal.qui cont.consti.Lotha.Roffre.Beneuēta.quæstione Sab. liij.Io.Host.in Summa, tit.de feud.§.quod hodie,post prin.& rursum §.quibus modis,versic.verumtamen.{& Bald. consil.cccxlj.qui litem habebat,lib.ij.} & Raph.Co.cons.xlj,ad primum,in iij.dub.& Barb. in d.l.iiij.§.Cato,col.xxj.versic.mihi autem videtur,ff.de verb.oblig.& consil.xxxvj.sapienter scripsit.col.pen.& vlt.lib.ij.& Bapti.Cacia.inter consi.Corne.consil.xvij. dominus Ioannes, col.ij.versic.sextò præmitto,lib.ij.& ibi ipsum Corn. in subscriptione eiusdem consil. ad fin. & Franc.Aret.consi.xiiij.viso & diligenter,col.iij.versic.vtrùm autem,& Franc.Curt.Iuniorem in tract.feud.char.pen.iiij.partis,versic.restat tamen aduc.Ludo.Gozad. consil. lxxxvj. videtur,col j.num.5.& iterum col.iij.num.20.Et vide quod in simili tractatur ab Ang.consi. clxviij. ex isto dubio, col.j. in ij. dubio, vtrùm scilicet hæres qui in conficiendo inuentario vnam rem suppresit ac surripuit,ea tantùm priuetur,an omnibus.

De eadē re.

30 ¶Quarto modo intellige hunc §.nostrum, qui negat admittendum consanguineum volentem retrahere partem rerum venditarum vna venditione & pretio, vt non procedat in casu notab.quem ponemus in glo.seq.num.6.ex istis denique, iunctis præcedentibus:in quem locum volui id reiicere, quia in eum admodum quadrat:sed hic tantùm admonere Lectorem volui,vt cæteret casum esse in quo hæc nostra consuetudo locum non habet.Et cum his finem huiu tractationi fecerim,modò & præter ea quæ suprà diximus, Lectores commonefaciam quorundam aliorum text.ad hanc materiam pertinentium,videlicet in d.l.si ex toto,§.vlt.ff. de leg.j.& in l.vxorem,§.agri plagam,ff.de legat.iij.& in l.prædiis,§.Titio,& §.balneas,& §. vlt.eod.tit.& l.communi dividundo,§.si debitor, ff.commu.diuid.

Alij text. ad materiā pertinētes.

¶Verùm

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

31 ¶ Verùm antequàm hinc abeamus, occurrit & hæc quæst. Suprà locuti sumus de venditione facta vni à duobus, cum pacto de reuendendo. Quid, si è diuerso vnus vendidit duobus fundum cum eo pacto: vtrum venditor posit ab altero eorum partem ipsius redimere? In qua specie interrogatus Steph. Bertr. respodit, eum posse: vtrunq; enim emptorem teneri in partes viriliter, l. reos, §. cum tabulis, ff. de duob. reis, vbi gl. adducit concord. Ita is voluit consil. xlj. licet cantractus, lib. iij. vbi respondet ad id quod suprà diximus, quia vtriusque casus est aperta differentia. nam nihil hoc casu, de quo nunc loquimur, interest vnius ex emptoribus. si partem suam reuendat: in alio autem casu, de quo tam multa suprà scripsimus, interest ipsius emptoris, qui vnus est, si partem rei rouendit, vt satis suprà ostendimus,

Re ab vno duobus vēdita, an possit venditor ab altero partem ipsius redimere.

32 ¶ Sed nec in hac tractatione illud omittemus, quod aliquando ex facto contingere vidimus. Quispiam consanguineus meus vno eodemq; pretio ac contractu vendidit rem cōmunem, ipsius scilicet & meam, vti factum in l. portionem, C. de commu. rer. ali. aut etiam duas res, quarum altera ipsius est, altera mea: an ego sum audiendus, volēs retrahere partem, aut rem venditoris tantùm, pro rata pretij, non etiā meam? Quod nō videtur, propter nostram hanc consuetudinem, quæ non admittit consanguineum volentem retrahere partem rerum venditarū, & rationes, quas suprà adduximus: præsertim quòd emptor dicet se nō fuisse emptum, nisi rem ipsam integrā, aut illas duas res simul, ideò etiā non nisi vtrasq; à se retrahēdas.

Si vno contractu & pretio, quis vendit rem suam & sui consanguinei, an consanguineus poterit retrahere partem venditoris tantum.

33 ¶ Contrà quoq; videtur: quia sic ego cogerer emere partē siue rem meam, cùm rei suæ nulla si emptio, l. suæ rei, ff. de contrah. empt. Et si aliter diceremus, esset paratissima via atq; apertissima volentibus fraudare consanguineos: quia semper cum portione aut re venditoris iungerent portionem aut rem consanguinei: qui ideò non posset rem & portionem venditoris retrahere, nisi & id damnum & incommodum pateretur, vt simul portionem aut rem suam emeret, eiusque daret pretium. Et si quis diceret, quantùm ad hanc rationem pertinet, quòd consanguineus posset præstando pretium rei suæ repetere: tamen si & id procederet, in eo quoque admodum incommodaretur, cùm multò satius sit pretium ipsum retinere, quàm solutum repetere, l. iij. ff. de compen. & l. postulante, ff. ad Senatusc. Trebel. cum simil.

De eadēre.

34 ¶ Nec potest emptor, qui sic emit rem aut portionem alienam cum re aut portione venditoris, se vindicare à mala fide, aut certè à culpa, si causari velit se ignorasse rem alienam emere: neq; enim debuit ignorare rem huiusmodi esse. nam sicut qui cum alio contrahit, est vel esse debet non ignarus conditionis eius, l. qui cum alio, ff. de regu. iur. vbi gloss. nuncupatim dicit eum esse in culpa, qui id ignorat: ita quoque pari ratione in culpa est, qui ignorat conditionem rei, quam emit, argumento illo receptissimo de persona ad rem, l. qui plures liberos, ff. de vulg. & pupil. & l. si quis inquilinos, §. si ita legatum, ff. de leg. j.

De eadēre.

35 ¶ Vide igitur num distinguendum sit, an venditor meus consanguineus rem aut portionem illam meam possidebat, nēcne: vt si possidebat, necesse sit mihi totum pretium reddere, & posteà si velim pro rata rei meæ idem pretiū repetere, cùm & eam ipsam mihi necesse fuisset condicere, & repetere ab ipso venditore consanguineo meo possidente. Nam & videmus quòd in beneficio l. vlt. C. de edict. Diui Adriani tol. veniunt non solùm res, quæ fuerunt testatoris, sed & eæ quoque, quas ipse possidebat, etiam si non erat dominus. gloss. in d. l. vlt. in verbo, fuerunt, & ibi Bartol. Bald. Ioan. Fab. Angel. & alij, & facit text. in l. & non tantùm, in princip. ff. de petit. hæred. & in l. si quis libertatem, ibi, plus ait, eod. tit. & quod etiam scribit in simili Imol. in c. cùm ad sedem, post princip. extrà de restitut. spol. Quodque à nostris traditur: possessorem sacerdotij posse agere pro iuribus illius, & cogere debitores, vt sibi soluāt: nec eos posse dominij quæstionem referre. Fede. Sen. cons. ciij. paræcianus. & Pan. in c. nihil, col. vlt. de elec. cum sim. Et propterea etiam liberatur, qui huic possessori soluit, vt respondit Pet. Anch. consi. cxvij. satis impertinens. circa med. cum in fi. concord. Ad hæc, possum rem meam, quæ ab alio possidetur emere ratione possessionis, l. si aliquam, ff. de acqui. poss. & l. si in emptione, §. rei suæ, ff. de contrah. empt. Nec prima facie præsumitur fraus ob possessionem, quæ facit, vt venditor possidens præsumatur dominus, l. ij. C. de probat. cum simil.

Quid, si ipse venditor rē ipsius consanguineus possidebat.

36 ¶ An verò ego possim meo periculo contendere de proprietate rei meæ, antequàm eius pretium refundam, vt si ex euentu iudicij constet rem meam esse, non tenear pro eius rata pretium soluere: sin aliter, tenear: ita tamen, vt si interim tempus retractus exierit, non sim amplius admittendus, argumen. eius quod in simili scriptum est suprà eodem titu. §. iiij. & eorum quæ ibi latè scripsimus in gloss. iij. in verbo, *aura cours contre le retrayant*, num. 1. & seq. atq; etiam §. j. in glo. x. in verbo, *dedans l'an*, nume. 43. septimò quia in præcedenti, & iterum in §. xij. in gloss. ij. num. 4. quartò quòd terminus. Ego verò tutius crederem id facere, quod in præcedenti versic. dictum est.

An consanguineus possit euētum litis proprietatis expectare.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

POVR LA PARTIE QVI SERA TENVE DE LVY.

PRO EA PARTE QVÆ SIBI IVRE FEVDI EST SVBIECTA, GLO. II.

Dominus an posit retrahere eã partẽ tantum, quæ est in feudo ipsius, vide infrà nu. 4.

1 HOC IGITVR interest inter consanguineum, & dominum feudi, quòd consanguineus non potest retrahere partem rerum venditarum, sed debet totum retrahere, vel totum relinquere: dominus autem id potest tantùm retrahere, quod est in feudo ipsius. Prioris multas rationes adduximus in præcedenti gl. quibus hoc addere potes, consanguineo id ius cõpetere non tantùm ratione vius rei aut partis, sed totius, vno pretio venditi: ideò non mirũ est, si vnam rem tantùm retrahere non posit, & aliã non retrahere. At domino non cõpetit nisi ratione rei, quæ est in suo feudo: ideò eam tantùm potest retrahere sine alia. Alioqui ius domini posset illi auferri facillimè, facto contrahentium, miscẽdo scilicet aliquid etiam minimum, quod non esset in suo feudo. quod fieri non debet, §. sed non solùm, in Auth. de nupt. neque enim alteri per alterum debet iniqua conditio afferri. l. non debet. ff. de reg. iur. & ibi concord.

Et vicinus quoque rẽ vicinam.

2 ¶ Atq; ita in simili statuto, illo videlicet, vt vicinus habet ius retrahendi restituto pretio vt hic habet cõsanguineus, si quis vno contractu ac pretio vẽdat res duas, quarum vna sit mihi vicina, altera non sit: possum retrahere eam quæ mihi vicina est, & alteram non vicinam relinquere: vt per multa expressim, & in hac specie tenuit Bald. in tract. Protomixos, col. pen. versic. sed pone quòd quis habens, & post eum Matthæ. Afflict. in eodem tract. in verbo scriptum est, col. ij. versic. quarto not. vbi vterq; dicit, aliud esse, si totum id quod venditum est, esset mihi vicinum, & vellem partem tantùm retrahere: tunc enim non essem admittendus. sicuti diximus de consanguineo, qui ius habet retrahendi.

Dominus non potest rem vnam ex multis quæ omnes sunt in suo feudo, redimere.

Consuetudines.

3 ¶ Ex quo & ego infero ad casum retractus feudalis, quòd si quis vno contractu & pretio plures res emerit, quæ quidem omnes sunt in feudo eiusdem domini, non poterit is dominus iure feudi aliquas earũ retrahere, & alias reliquere: nam tunc non sumus in casu huius consuetudinis, quæ loquitur, quando pars tantùm est in feudo vnius, vt ipse scilicet eam partẽ tantùm posit retrahere: quòd si res omnes sunt in eiusdem feudo, non video cur posit partem retrahere, per ea quæ abundè diximus in præcedenti glos. & in hac etiam, in præcedentibus versi. Et secundum hanc nostram sententiam est expressa consuetudo Aruernorũ tit. xxj. qui est, *des emphyteoses & louages*, c. viij. & seq. quibus statuitur, non posse dominum retrahere iure feudali partem rerũ feudalium, si omnes sunt in suo feudo. Quòd si sint in diuersis feudis, potest eas retrahere, & reliquas relinquere, nisi emptor ei totum offerat. Quod idem repetitur tit. xxij. qui est *des fiefz*, c. xxij. & duobus seq. & est eadem consuetudo apud Altam Marchiam, c. cclxxv. & seq. de quo vide quæ dicam inferius, nu. 8. & hæc faciunt, & seq. An autem cessante ea consuetudine in vltimo articulo, posit emptor totum relinquere, vide quæ diximus suprà eod. tit. §. xj. in verbo, *il y sera receu pro rata*, quæ est glo. vij. eius §. nu. 3. at in casu.

Quid si vnus dominorũ vult retrahere, alter laudimia accipere.

4 ¶ Cæterum Guid. Pap. decisio. Delphin. ccccvij. pone aliquis, dicit quòd si quis vno pretio emit plures res, quæ sunt in dominio directo vel emphyteusi diuersorũ dominorum, non potest vnus dominorum partem retrahere iure prælationis: per quædam ex iis, quę allegauimus. Quod & ante eum, licet non alleget, tenuerunt Gulielm. Cu. & Albe. in l. si duo patroni, in princ. ff. de iureiur. per l. fundus ille, ff. de contrahen. empt. quos sequitur Iaf. in l. stipulationes non diuiduntur, col. xiij. versic. ad idem pro ista decisione. ff. de verb. oblig. & Fran. Ripa. in repet. l. quominus, col. vlt. versic. sed pone quòd volens, ff. de flumi. Licet cõtrarium videatur tenere idem Guid. Pap. decis. Delphi. ccccxj. dominus directus, versi. sunt duo domini, vbi dicit, quòd si in hoc casu vnus dominorum velit retinere, alter nolit, sed vult inuestire emptorem solutis laudimiis, vterq; suo iure vtetur, per l. j. §. si alter ex hæredibus, ff. quorum lega. licet (inquit) contrarium videatur, per l. quod si vno, ff. de in diem addic. quam citauimus in glo. præcedenti, in princ. & idem repetit sing. ccccclxv. versic. sunt duo domini. Sed tu hic omnino vide quæ scripsimus suprà, d. §. xj. glo. vij. d. nu. 3. & seq. & quod in simili tradit Alber. post Ray. & Guliel. Cu. in l. communis, ff. de in ius vocan.

De eadẽ re.

5 ¶ Et pro hac vlt. opi. & nostra etiam consuetudi. quæ ius facit domino retrahendi partẽ, quæ in suo feudo est, & opi. Bal. & Matth. Affli. vbi suprà, vide Old. consi. xxxiiij. quæstio talis est, & Io. And. qui præceptoris non meminit in addit. Spec. tit. de loc. §. nunc. aliqua, versic. lxxij. & Alb. ipsum, qui vtriusq; nomen suppressit, in l. per fundum, col. ij. versicu. vltimò quærit. ff. de seru. rust. præd. quibus locis tradunt, quòd si quis teneat in emphyteusim quædam molendina, videlicet à quodam capitulo pro octaua parte, & à quibusdam nobilibus pro aliis septem partibus, & iste emphyteuta vendit molendina cum cõsensu capituli & nobilium, vno excepto,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

excepto,qui vult partem suam, quam etiam habet pro indiuiso, sibi retinere iure dominij: certè id facere poterit,per text.in d.l.per fundum,& alia quædam iura:nec possunt alij consortes eundem in iure retentionis pro sua parte impedire.Et sequitur Franc.Ripa, Alb.tantùm mentione facta,lib.respon.xv.c.j.sub rub.de feud.& iure emphyt.& in l.j. col.xj. nu.41. ff.de pig.Sed tu hic vide Franc.Curt.iuniorem in tract.feud.q.vj.quarte partis,& Io.Berbe. in suo Viatorio iuris,tit.de locat.char.§.versic.quæritur etiam è contrario,& omnino Carol. Molen.in consuetud.Paris.tit.j.§.xiij.in vj.q.iterumque in vij.& Ferro.in consuetud.Burdig. tit.de retractu,§.ij.versic.& si plures.& iterum tit.de feudis,§.vij.& iterum §.ix.

6 ¶ Ex istis deniq; infero,quòd si consanguineo non competeret ius retrahendi totum id quod venditum est vno pretio: verbi gratia, Mæuius & Titius vendiderunt simul rem quampiam communem, quia fortè eandem simul comparauerant. Consanguineus Mæuij non potest iure consanguinitatis retrahere partem Titij,cuius non est consanguineus: sed certè poterit partem Mæuij tantùm retrahere.Et de hoc est casus,si non oscitanter inspiciatur,in cap.constitutus,extrà de in integr.restitut.Nam ibi ij qui restituuntur in integrum,nõ poterant redimere partem suam à patre eorum consensu venditam: ideò quantùm ad eam partem, alio remedio eis prouidetur.Tamen admittuntur ad retractum alterius partis vi consuetudinis, quamuis vtraque pars eodem contractu & pretio fuisset vendita,vt ibi dicitur. Quod nota, quia nondum vidi eum text.in id ab aliquo annotatum. *Si consanguineus nõ possit vnã partem retrahere, an poterit alteram.*

7 ¶ Et hoc quidem confirmo alia ratione ex verbis nostræ consuetudinis, cùm dicitur, *& si le lignagier ne veut retraire le tout*: nam ea verba non possunt adaptari, nisi ad eum, qui potest retrahere totum,si velit,l.quis sit fugitiuus,§.idem ait si seruus,ff.de Aedil.edi. vbi is dicitur non velle,qui potest facere,& non facit.& l.nolle adire, quæ est iiij.ff.de acquir.hæredit.vbi non videtur nolle adire,qui non potest.& l.pater Seuerinam,in princ.ff.de condi.& demon. ex qua not.Bart.quòd non dicitur nolle nubere, quæ nubere non potest,quia nondum viripotens est. & l.ab administratione, C.de leg.ex qua not.Bald. quòd non nocet nolle ei, qui velle non potest.infertq; post Iacob.Butr.ad statutum,quod punit declinantem iurisdictionem potestatis,vt non habeat locum in clerico,qui etiam si velit, non potest litigare coram iudice secularis,& sequuntur Angel.Rapha.Paul.Cast.Alex.Corn.& Iason ibi. *De eodem.*

8 ¶ Et hæc faciunt pro consuetudine,quæ est in quibusdam locis Franciæ,videlicet,quòd cùm ex eorum locorum consuetudine retractus non habeat locum in acquæstibus, nec in rebus quoque patrimonialibus,quæ non processerunt à linea retrahentium,si quis simul eodem cõtractu & pretio vendat rem patrimonialem,& rem acquisititiam,aut etiam plures res ex diuersis lineis:consanguineus venditoris ex altera tantùm linea poterit retrahere rem patrimonialem,quæ ex sua processit linea,& alteram relinquere,quæ est acquisititia,vel etiam est ex alia linea.Hæc enim est consuetudo Meldensibus,c.ciiij.& Melodunensibus, c. lvij. Laudunensibus,in Veromãdia huius tit.§.xiij.qui est totius tertiæ partis lxxxvij.& seq.Verùm Aurelianensibus res patrimonialis attrahit ad se rem acquisititiam, cap.ccxcix. At Turonensibus est in facultate emptoris admittere consanguineum, vel ad totum,vel ad eam partem, quæ ex linea eius est, vt scribitur hoc eod.titu.consuetudinum eius loci,c.xxij. Similiterque Cenomanensibus cap.ccclxxviij. & Andegauensibus,cap.ccclxviij.Aruernienſibus,tit.*de retraict*,c.xxix.iunctis duobus præcedentibus,& Borbonienſibus,cap.ccccxlvij. & seq.& Niuernensibus,hoc quoque tit.§.xxvij.& Marchiensibus huius item tit. cap.xxij. quod est omnium cclxxxij.& seq. Lodunensibus hoc item tit.§.xx. *Si res patrimonialis & acquisititia simul vendãtur, potest consanguineus rem patrimonialem tantùm retrahere. Consuetudines.*

9 ¶ Et ego sanè in ea sum sententia,vt licet his casibus,quibus consanguineus potest tantũ partem retrahere,possit eãdem petere sine altera,oblato pro rata pretio: si tamẽ emptor offerat totum eidem relinquere,restituendo integrum pretium venditionis, tenetur consanguineus totum retrahere,vel totum relinquere,per tex.not.in l.tutor,§.j.ff.de mino.cùm dicitur:Respondi eatenus rescindi, nisi emptor à toto contractu velit discedi, quòd partem empturus non esset.Et facit optimè text.in l.communi,§.si debitor,ff.commu.diuid.atq; etiam id quod voluerunt Guil.Cu.& Alb.in d.l.si duo patroni,ff.de iureiu. & quod diximus suprà eo. tit.§. xj.gl.vij.quæ est in verbo,*il y sera receu pro rata*,nu.3. at in casu, & aliquid etiam diximus suprà hac eadem glo.nu.3.& seq.Tametsi Bald.Aliud videtur voluisse in tract. proto.col.pen. versic.sed pone quòd quis,& ibi quoq; Afflict.in verbo,scriptum est,col.ij.versi.quartò not. *Sed quid,si emptor res omnes offerat reuendere.*

10 ¶ Sed hic dubium aliud est, si è diuerso consanguineus vult totum retrahere, quod scilicet patrimoniale est,& quod acquisititium,an cogetur emptor ei totũ relinquere,restituto integro pretio.Dic quòd non,vt in simili voluit Alb.in d.l.si duo patroni,ff.de iureiu. quòd vnus ex duobus dominis rei emphyteuticæ non potest inuito emptore retinere totã rem emphyteuticam restituto toto pretio,sed suam tantum partem,per text.in l.in bello,§.si seruus plu- *Quidè diuerso, si consanguineus vult totum retrahere.*

rium,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

rium,ff.de capti.& postlim.reuer.& idem voluit ipse Alb.in l.pe.§.j.ff.loca.per l.vlt. in prin. ff.de vulg.& pupil.substit.& l.si seruus duorum,ff.de acqui.hære.quæ l.non extat, & l.si seruus plurium,ff.de stip.seruo.quæ item non extat,& puto Codicē Alb.corruptum. Subditq; id videri expressum in l.si hac lege, §.quoties,ff.qui & à quib. manu.Et id quidem puto verissimum,licet contrarium teneat Franc.Ripa.in d.l.quò minus,in fi. ff.de flumi.dicens id voluisse Soci.& Ias.in l.j.§.sed & quoties,ff.ad Trebel. qui id tamen non dicunt. Sed & Socin. aliud quidpiam simile,de quo dicemus tit.seq.§.j.glo.vj.in verbo, *ou ses heritiers*,nu.33.at magis & multis seq.vbi etiam multa videbis ad hanc rem pertinentia,quæ ibi omnino videas.

§. *XXIIII.*

SI AVCVN achepte en globo, & pour vn pris plusieurs choses estans en plusieurs fiefz & seigneuries, à luy est extimer & liciter que vault la chose estant en chascune desdictes seigneuries. Et à chascun desdictz seigneurs respectiuement appartient d'eslire dedans le temps de la coustume(qui est huict iours apres ladicte exhibition de contractz) les ventes & honneurs, ou prendre la chose par puissance des fiefz.

SI QVIS simul vnoq; pretio res plures emerit in diuersis feudis & dominiis sitas,ipsius est æstimare,quanti quæque res in vnoquoque feudo sita valeant. Et singulorū dominorū,eligere intra tempus consuetudinis(quod est octo dierum ab exhibitione tabularum) velintne laudimia accipere, an rem iure feudi vendicare.

GLOSSA VNICA.

1 *Si consanguineus vno pretio emit res diuersas diuersorū feudorū, quomodo fiet æstimatio laudimiorum.*

HIC §.fortè melius collocaretur sub tit.huius volu.ij.qui est *des droictz de ventes & honneurs, & de prendre la chose par puissance de fief*, quem collocauimus ante §.xiiij.totius huius volu.Hîc tamen non omnino ineptè ponitur,quia veluti obiter & transeunter declarat vltimā partem præcedentis §. vt plerunque fit in nostris legibus. Atque etiam hinc occasione sumpta declarabimus quæstionem huiç maximè loco & titulo conuenientem. Quid enim,si consanguineus emit vno pretio res diuersas,& in diuersis feudis sitas (quo casu domini feudorum nō possunt vti iure prælationis,cùm consanguineus ipse qui emit,eis præferatur,vt suprà cautum est huius tit.§. xx.& d.tit.ij.§.ix.)quomodo igitur fiet hæc rerū emptarum æstimatio? nam in hoc casu fieri non potest,quod hîc scribitur, cùm hæc æstimatio ab emptore fit, vt posteà dominus eligat vel laudimia,vel rem iure prælationis. Igitur æstimabit iudex, deducta scilicet aliarū rerum æstimatione,& facta omnium collatione: vt in simili dicitur in l.quod ex Pamphila, & l.qui solidum,§.j.ff.de leg.ij.& optima gl.in l.si plura,ff.de Aedil.edic. & Bald.loquens in statuto præferente vicinum extraneo,in tract.Protomixeos,col.vlt. versi. sed quomodo fiet æstimatio.& Matth.Afflict.in eo.tract.in verbo,scriptum,col.iij.versic.sed iterum quæro,pone.

2 *An dominus possit quers licitationē in casu huius §. ab emptore factam, esse iniustam.*

¶Illud autem quæstionis est,si cùm emptor licitauerit rem,quæ est in feudo alicuius, dominus ipse quæratur iniustam esse licitationem,id est,aut iusto pretio minorem,cùm sciret emptor non vanis argumentis ductus,dominum non redempturum,quia fortè inops est nummorum: aut è diuerso maiorem, cùm intelligeret dominum omnino redempturum propter vicinitatem,aut aliam huiuscemodi verisimilem affectionem. ideò petit dominus, ne stetur licitationi emptoris, sed res ipsa arbitrio boni viri æstimetur. emptor autem negat id fieri debere,sed sequendā esse consuetudinem:quæ primum illi ius facit licitandi, deinde & domino eligendi:vt scilicet si emptor modicè æstimet, dominus rem redimat: si immodicè, laudimia recipiat:eiusq; rei rationē esse,vt cogatur emptor iustè licitare:ne si iniustè ac malignè id faciat,mox suę iniustitię & malignitatis pœnas luat:idq; fiat sine lite aut sumptibus. Et certè clara est & aperta nostra consuetudo,licitationem esse emptoris,optionem domini: ideoq; dominum ipsum causari non posse iniquam esse aut iniustam emptoris licitationem, nec sequendam esse consuetudinem: nam vbi est casus legis vel statuti, ibi nulla est quæstio vel dubitatio,l.ancillæ,& ibi gl.in verbo,quæstio.C.de furt.& cùm in verbis nulla est ambiguitas,nō debet admitti quæstio voluntatis,l.ille aut ille,§.cùm in verbis, ff.de leg.iij.cum si.

¶Et ita

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

3 ¶ Et ita in simili quæstione respondit Corne.consil.ccxxxiiij.licet in hac, per totum, lib.j.ibi enim huiuscemodi species est:Statuto Senarũ cautum est,vt maior natu fratrum diuidat hæreditatem,& posteà minor eligat.Minor quispiam petebat recedi à statuto,& diuisionem fieri arbitrio iudicis,respondit Corn.eum non esse audiendum, sed omnino standum esse statuto,& diuisioni factæ à maiori,per multa alia illic allegata, quæ sunt in promptu omnibus. Sed & idem Corn.de eodem statuto loquens,consil.ccxxxix.visis statutis, lib.iij.negat arbitros posse ab eo recedere,sed id omnino sequi debere,si tamen ei locus sit, quia nullũ aliud extat,quod id in aliqua certa specie impediat, aut partes tacitè vel expressè eidem renuntiauerint.Et ex illic scriptis intelliges, etiam maiorem nõ posse se huic diuisioni eximere inuito iuniore.cui posteà datur optio,vt sic etiam intelligas in casu nostræ consuetudinis,non posse emptorem hanc licitationem effugere.

De eadẽ re.
Quid si ex statuto maior debet diuidere,minor eligere.

4 ¶ Quod tamen intellige in illo priori casu vt scilicet licitationem ab emptore factã non possit dominus impugnare,vt suprà diximus,nisi in ea licitatione esset euidẽs quædam fraus aut iniquitas:tunc enim eam posset dominus ab arbitrium boni viri reuocare, argu.l.in summa, versic.sinautem euidens calumnia,ff.de condict.indeb.vbi id quod datur ob transactionem, non potest repeti,tãquam indebitum,licet nulla res media fuerit:nam hoc ipsum quod à lite disceditur,causa videtur esse:nisi tamen euidens calumnia detegatur.Ex eoq; limitant plerique omnes eam communem nostrorum sententiam, quæ negat in transactione locum esse remedio,l.ij.C.de rescin.vendit.vt scilicet non procedat, si in ea sit euidens calumnia.Et facit quod per eum text.voluit Bart.ibi,& in l.sub prætextu instrumenti, C.de transact.& glo. in l.post rem,ff.eod.tit.& Ang.consil.xciiij.cùm lis & quæstio,col.vj.versic.pro hac parte.

Quid si sit euidẽs fraus aut iniquitas.

5 ¶ Et vt id apertius intelligas,audi simile quidpiam,quod huic loco admodum conuenit.Vetus lex erat cuiusmodi est illud statutũ Senarum, de quo suprà locuti sumus, vt frater maior diuideret patrimonium,minor eligeret:cuius meminit Seneca lib.vj.declamationum,idque etiam non pauci dicunt ex legibus nostris esse obseruãdum,vt latissimè scripsimus in nostro tractatu Primigeniorum, quæst.lx. Finge igitur & aliam quoq; legem esse,qua liceat filium ex ancilla tollere:nam & id Seneca eodem in loco adscribit.Quidam igitur cùm haberet filium legitimum,alium ex ancilla sustulit,deinde decessit:maior frater ita diuisit hæreditatẽ, vt totum patrimonium ex vna parte poneret, ex altera nothi matrem, sicque cogeretur minor frater,aut matre carere,aut integro patrimonio, id est,aut matrem apud alium in perpetua seruitute relinquere,aut mendicum & rerum omnium inopem manere.

De eadẽre.
Seneca elegans declamatio.

6 ¶ Et certè nemo hoc in casu censeret standum esse huic diuisioni, sed eam omnino reiiciendam,vt etiam nuncupatim è nostris dicit Pet.Anch.in repet.c.j.char.15.in paruis,col.iij.versic.in hac quæstione,& est in fin.v.quæst.prin.extrà de constitut.& Ioan.Plat.in l.j.C.de his qui se defer.lib.x.& in §.vlt. Instit.pro soc.& Maria.Socin.consil.lxv.circa primam quęstionem,col.vj.versicu.fit enim. & Stepa.Fed.in suo opere de legum interpretatione,in ij.parte princip.chart.penult.motus hac ratione,quæ optimè facit ad hunc casum:quia lex dans fratri maiori facultatem diuidendi,semper intelligenda est voluisse excipere dolum,& captiosam diuisionem,arg.l.cùm Aquiliana,in fi.ff.de transact.& l.si vxori,ff.de auro & arg.legato, de quo & nos latiùs diximus in d. tractatu Primigeniorum, vbi suprà. Et ego quoque censeo,si simile quidpiam contingeret(quod vix fieret)eam licitationem esse reformandam. Est autem(ne id omittamus)eadem consuetudo,& iisdem omnino verbis,apud Engolismenses, c.lxxj.& Sanctones Angeriacos,cap.liij.

De eadẽre.
Consuetudines.

7 ¶ Sed & illud in dubiũ quoq; vocatur,si semel dominus vnum ẽlegerit,vel laudimia,vel rem iure prælationis,vtrùm poterit posteà variare.quod videtur ex l.eum qui certarum, §.j.ff.de verb.obl.vbi qui habet electionem à lege,potest quoties volet, mutare voluntatem. Verùm hæc res in vniuersum patitur multas distinctiones atq; limitationes, quas hîc referre prolixum foret.Ideò ibi vide plenissimè per gl.Bar.Bal.Ang.Imo.Pau.Ca.& Franc.Aret.ex quibus planè intelliges,an quomodo quando,& quoties id fieri possit. Sed & tu vide text.in l.si quis stipulatus sit,& ibi quoque Doct.præsertim Alex.& Fran.Aret. ff.de verb.oblig. & in l. si fundus,§.eleganter,& ibi Doct.ff.de lege commis. & in l.huiusmodi,§.Stichum,& ibi glo. Bart.& alios,ff.de leg.j.& in l.statuliberum,§.j.& ibi gl.& Bart.ff.de leg.ij. & omnino gl.notab.in c.gratia,in verbo,eligas,quæ est vlt.gl.& omnes Doct.& quæ ab iis allegantur, de rescript.lib.vj.Dy.in c.quod semel,& iterum in c.mutare,de regu.iur.lib.vj.Bart.consil.cj.Giraldus,in iij.dub.Alber.in l.serui electione,ff.de leg.j.Bald. consil.ccccxij. verba testamenti, ad fi.lib.j.& Zenzel in extrauag.Ioan.xxij.incip. suscepti regiminis, in verbo transeat. Alex. Franc.Aret.Ias.& Franc.Rip.post alios Antiquiores in d.l.serui electione,ff.de leg.j.Ex quibus item locis intelliges,an & hîc liceat emptori,qui semel licitauerit, variare.

Si dominus elegerit, an poterit variare.

¶Modò

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Quid, si deceptio interuenerit facto partis.

8 ¶Modò illud non nescias, posse semper vtrunque variare, atq; ex integro licitari aut eligere, si deceptus fuerit alter in licitatione, alter in electione fraude alterius partis, l. scyphi, quæ est iiij.cum l.seq.ff.de opt.leg. Quid autem si fraude tertij, videbis per glo.ibi, & in l.si quis affirmauerit, in princ.ff.de dol.mal. vbi etiam est bonus text. & quæ in simili dicuntur in l. eleganter, in princ.ff.de dol.mal.& in l.qui cum tutoribus, §.qui per fallaciam, ff.de transac. & in l.vlt.in prin.in versic.planè, & ibi Bart.& alij, ff.de eo per quem fact.erit. & per gloss.& Doct.in l.j.C.de instit.& subst.Spec.tit.de aduo.§.vlt.versic sed quid si ex industria. & Bart. in l.in testamento ita erat scriptum, ff.de condi.& demonst.& Alb.in l.si quis cùm aliter, col. vlt.versic.expeditis, ff.de verb.oblig.& Ioan.Fab.in l.j.col.vlt.versic.illud autem constat, C. de restit.milit.Et in multis ex iis locis videbis, an aduersus illum tertium agi potest, præsertim in d.l.vlt.de eo per quem fact.erit, de quo vide quid dicam infrà eod.tit.§.xxxv.in gloss. iiij.in verbo, *ignorans*, num.33.sed hîc in dubium. Quid autem, si sine fraude, aut dolo partis, vel alterius, sed mero errore eligentis, vide text.in l.mater, & ibi Bald.in vlt. notab.vbi allegat Aristotelem, ff.de inoffic.test.& Zenzel. vbi suprà.

Quid, si mero errore eligetis.

Electionē in alium transire, si intra tempus ea facta non fuerit.

9 ¶Illud autem scire debes, quòd cùm alicui datur electio intra certum aliquod tempus facienda, si id nō faciat, transit electio ad alium, siue detur electio à Iure vel statuto. c.si pluribus, in fi.& ibi Domi.in verb.si verò, in iij.not.de præb.lib.vj.& c.vlt.in fi.de consue.eod.lib. vj.& in extrauag.Io.xxij.in c.suscepti regiminis, versic.quam electionem, siue ab homine, d.l. statuliberum, §.j.ff.de leg.ij.& l.mancipiorum, & l.si tibi, ff.de opt.leg.& c.si tibi, de præben. gl.in d.c.vlt.in verbo, duntaxat, de consue.lib.vj.Et vtrunq; voluit Zenzel.in d.extrauag suscepti regiminis, in verbo, transeat.& Petr.Anch.in d.c.si pluribus, in vj.eodemq; vlt.not. Et facit quod voluit gl.in l.hæredes mei, §.si incerto, in prin.ff.fam.ercis. & in l.legato generaliter, in gl.j.circa med.ff.de leg.j.& in c.inter cæteras, in verbo, quodcunque, extrà de rescript.

De eadē re.

10 ¶Et id generale esse dicit Io.Fab.in l.cùm quidam, in fi.C. de verb.sign. vt scilicet si tempus fuerit præstitutum optioni, alteri deuolutum esse censeatur, transacto eo tempore, etiam si id dictum non fuerit, per d.c.si pluribus, & l.si quis, C.de fideic.liber.& l.j.ff.de opt.leg. & rursus idem Fab.in §.si generaliter, ad fi.instit.de leg. & Alb.& Bart.in d.l.eum qui certarum.§. j.ff.de verb.oblig.vbi & ad hoc ipse Bart.alleg.l.j.cum l.seq.ff.de solu.Et hinc Pet. & Iacob. Aret.& alij nonnulli in ead.eum qui certarum, §.j.assumunt eam practicam, vt cùm quid est in electione alicuius, statuatur ei tempus ad eligendum: & si id non fecerit intra statutū tempus, transfertur electio in aduersarium. De quo tamen vide Imo.& omnino Francisc. Aret. ibi, col.j.& ij.Sunt autem & qui dicunt transacto tempore ad eligendum præstituto, si electio facta non fuerit, censeri electam rem, quæ deterior est ei, qui eligere deduit, argum.l.scimus, §.pen.C.de iure delib.vt etiam per Bart.in d.l.eum qui certarum, §.j.

An dominus petēdo laudimia videatur elegisse.

11 ¶Illud quoque quæri potest, vtrum dominus simpliciter petendo laudimia ab emptore extra iudicium, videatur elegisse, ita vt amplius non possit petere rem ipsam.quod videtur, per id quod in simili dicitur in l.Aemilius, ibi, pretium petendo, ff.de mino. & quod tradit Albe. in l.ij.col.iiij.versic.quid si dominus petit, & ibi quoque Ias.col.xlij.nume.128.C.de iure emphyt.dominum simpliciter petendo solutionem canonis, sibi præiudicare in iure expellendi, in iis casibus, in quibus sibi præiudicium facit recipiendo. Et quod item scribit ipse Alb. & Salic.in l.commissoriæ, C.de pact.inter empt.& vend.& quæ dicam infrà tit.seq.§.j. glos. ij.in verbo, *à tel temps*, num.62.quid autem si non.Sed tu de hoc vide Caro. Molend.in consuetu.Paris.tit.j.§.xiiij.num.4.Quæ etiam in gl.alia multa tractat, quæ ad hunc locum pertinent, ibi eum omnino vide.nam cùm (vt iam diximus in princip.huius glo.) non sint propria huius nostri tit.ea omittenda ducimus.

An hæc iura licitandi & eligēdi transeat ad haredes.

12 ¶Sed quia nostra consuetudo nuncupatim tradit facultatem emptori licitandi, & posteà domino eligendi, posset dubitari, an huiusmodi facultas transeat ad hæredem vtriusque. Sed tu vide text.in l.illud, & ibi Bart.& alios, ff.de opt.leg.Ex quibus facilè intelliges, quid hîc dicendum est.& vide etiam quæ dicam infrà eod.tit.§.xxvj. glo.j.num.76. vigesimoquartò. & iterum glo.iij.num.33.incip.trigesimoseptimò. 7. p. 481 et 491.

§. XXV.

EN CHOSE mobilaire n'a point de retraict [a]: ne en donation par prouision de corps [b].

IN RE MOBILI *non est locus retractui* [a]: *neque in donatione facta nomine alimentorum* [b].

EN

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

EN CHOSE MOBILAIRE, IN REMOBILI, GLO I.

1 Hoc intellige, cùm ipse res mobiles per se vēdūtur. Quòd si simul cum rebus immobilibus, vel accessoriè, & in consequentiam earum venduntur, videtur & res ipsas mobiles tunc venire in retractum, argu. l. eum qui, ff. de vsucap. & l. longæ, ff. de diuer. & tempo. præscrip. & l. j. §. planè si quæ, & l. penul. ff. de vi & vi arma. Sed tu de hoc vide quæ scripsimus suprà eo. tit. §. j. glos. vij. quæ est in verbo, *ou autres choses censées pour immeubles*, nu. 81. nunc autem, vt ad alia, & multis seq. Ex quibus intelliges, quid hic dicendum est.

An retractus habeat locum in mobilibus si vendantur cum immobilibus.

NE EN DONATION PAR PROVISION DE CORPS, NEQVE IN DONATIONE FACTA NOMINE ALIMENTORVM, GLO. II.

1 IN simplici donatione non est dubium retractum non habere locum. nam ei locus est tātùm in venditionibus aut aliis contractibus ei equipollentibus, vt dictum est supra, §. j. vbi de hoc quoque diximus in glo. xiiij. quæ est in verbo, *ou equipollent à vente*, nu. 90. sed & si scire. Et idem vt hic statuitur in constitutione Protomixeos Federici, in vers. causa verò dotis. Quanquàm scio venditionem in sacris literis sæpe pro donatione accipi: vt Psal. xliij. Vēdidisti populum tuum sine pretio. Et Isaiæ lij. Gratis venditi estis, & non cū argento redimemini. Quod & annotat Diuus Augustinus, lib. vij. Quæstionum in libros Iudicum, c. xvij. illud in eundem sensum intelligens, Et vēdidit eos in manu inimicorum suorum in circuitu. Nam scripturarum (inquit) locutio est, vt venditus, etiā qui donatur, dici possit. Quod an procedat in nostro iure, intelliges ex gl. & Bart. in l. ij. ff. de vsuca. pro empt. Cyn. post Pet in l. vlt. in iij. qu. C. de reb. alie. non alie. & Bald. in l. voluntas, col. ij. vers. modò restat quærere, C. de fideic. Quicquid sit autem in aliis dictis casibus, id non potest procedere in casu retractus, in quo præcipitur restitui pretiū, vt dicitur in d. §. j. Ideò debet intelligi de venditione propriè sumpta, vt ibi diximus in verbo, *à vēdu*, quæ est gl. ij. nu. 1. & seq. vide tamē quos citauimus suprà eo. ti. §. j. in verbo, *ou equipollēt à vente*, quæ est glo. xiiij. d. nu. 90. sed & si scire vis. Nouissimè autem Io. Coras. lib. iij. Miscel. c. iij. nu. 4. tenuit retractum habere locum in donatione. Cui omnino accedere non possum.

Retractus nō habet locū in donatione.
Venditio pro donatione in sacris literis.
Quid autē in iure nostro.

2 ¶ Cæterum hæc donatio, quæ fit ob prouisionem corporis, id est ea lege vt donatarius alat donantem, de qua suprà titu. xiij. §. vij. qui est omnium huius vol. clxxxvj. & seq. est onerosa: ideoq; potuisset videri habere aliquid simile venditionis, vt dicemus in seq. ver. Idcirco & ex ea debentur laudimia, vt voluerunt Corse. & Aufre. post alios in deci. Tholo. quest. cclxxix. item si aliquis dat. Tamen hæc consuetudo nostra expressè statuit, non esse in ea locū retractui. Sed is, qui proximè successurus est donanti, habet facultatē subeūdi huiusmodi oneris alendi donantē, & ita res donatas ad se reuocādi, præterquam mobilia & acquæstus, vt scribitur d. ti. xiij. §. viij. qui est omniū huius volu. clxxxvij. & seq. Et quòd in huiusmodi donationibus ob prouisionem corporis nō sit locus retractui, sunt aliæ multæ consuetudines, videlicet apud Melodunenses, c. consuetudinū eius loci lij. Victriacenses, c. xxxix. & iterū cxxv. vbi redditur ratio. nā ita donans videtur elegisse personam, fidem, atq; industriam donatarij, cui se alendū committit. Borboniēses, c. cccclxix. Tu tamē interim vide quod dicemus in seq. q.

Retractus an habeat locū in donatione ea lege facta vt donatarius alat donantem.
Consuetudines de ea re.

3 ¶ Quæro igitur, an in alia donatione remuneratoria, aut aliās ob causam, siue mutua, aut reciproca habeat locum retractus? Et potest videri habere, ex nostra consuetudine, quę loquitur non tantùm de venditionibus, sed aliis contractibus æquipollentibus vēditioni, d. §. j. At huiusmodi donationes habent vim venditionū, vt dicit Io. Fab. in l. j. col. vlt. vers. quid si duo, C. de inoffic. donatio. & Guid. Pap. cons. ccxiiij. circa materiam, col. vj. ver. sed restat aliud. & cons. ccxviij. in dubitanter, col. antepe. versiculo, ad octauum, rursumq; sing. dccclxxviij. donatio, vers. si duo donent, vbi ex hoc dicit deberi laudimia ex huiusmodi donationibus, quod postremum ante eum voluit Pet. Iac. quem non allegat. tit. de act. in rem pro re emphy. col. ix. vers. item excepta datione in dotem. Et de hoc est expressa consuetudo Caluimontensiū, c. xlj. Victriacensium, c. xxx. Turonensium, tit. *des rachapt, & ventes*, c. xv. in fi. & Blesensiū, cap. cxxj. vt non abs re, Chasse. in tit. *de retraict*, §. j. in verbo, *vendu*, num. 5. constanter affirmarit in huiusmodi donationibus esse locum retractui. Quod & expressè statuitur in consuetudine Turoniæ, hoc quoque tit. c. xxxiiij. Cenomaniæ, c. cccccxxxj. vbi tamen poteris videre, quid super hoc dixerint viri ecclesiastici in processu verbali (quem vocāt) delegatorum principis. Vix tamen apud nos obtineri posset, vt in iis donationibus retractus locum haberet. Et

Quid de alis donationibus remuneratoriis.
Consuetudines de ea re.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

non habere, nuncupatim tradit Ferro. in consuetudin. Burdigal. hoc tit. cap. xxv. versic. idem erit. Et de hoc latissimè, vt solet, disputat Ignеus in l. iij. §. si conditioni, vers. & si aliud, nume. 52. & multis sequentibus vsque ad lxxvj. ff. de Senatusconsulto Syllaniano, vbi tandem videtur cōcludere non esse locum retractui. Et vide consuetudinem Valesiorū hoc tit. §. iiij. qui est omnium lxxxv. quo statuitur, nō esse locum retractui in donationibus puris & simplicibus & minimè onerosis, quasi secus sentiat in onerosis.

Cōsuetudo.

§. XXVI.

ROICT de retraict, qui vient par proximité de lignage, ou consanguinité, ne peut estre transporté [a] à autre, non estant dudict lignage [b] ou branchage. Autre chose est du conuentionel [c].

IUS retractus gentilitij non potest transferri [a] in alium extraneū, qui scilicet non sit eiusdem gentis aut familiæ [b], Contra retractus cōuentionalis [c] transferri potest.

NE PEVLT ESTRE TRANSPORTE'.

NON POTEST TRANSFERRI, GLO. I.

1 *Ius retractus proximitatis an cedi possit. Qui negāt posse.*

IVs quod competit consanguineis ex nostra cōsuetudine, & vicinis, & consortibus ex aliis multis Italiæ statutis, cedi non posse extraneo, expressè tenuerunt Pet. vt ab omnibus citatur, Cy. Bald. Albe. Ang. Sal. & Paul. Cast. in l. ad officiū, C. commu. diuid. Albe. in prima parte statutorum, q. lxij. item quæro si ex forma, & iterum q. lxxxix. sed an proximior. Io. Fab. in §. j. col. vlt. Instit. de acquis. quæ fit per arrog. Bal. in tract. Protomixeos, col. ij. vers. quæro nunquid istud ius. Matthę. Afflic in eod. tract. §. j. col. antepenul. vers. vltimò nota. & iterum in §. vt infrà triginta dies, col. ix. versi. tertiò nota. & quisquis est in Margar. ipsius Bal. in verbo, alienatio, col. vlt. Sign. cons. lxxxj. in quæstione vertente inter Nigrum, col. ij. vers. præterea omisso. Lucas Pen. in l. vlt. col. j. in verbo, permutationes, C. de præd. curi. lib. x. Paul. Cast. in l. apud antiquos, col. ij. vers. vltimò istam regulam, C. de furt. & in l. j. §. vsufructuarius, in fi. dum allegat Cyn. vbi suprà, & ibi quoque Ias. col. iij. vers. item circa istam, ff. de oper. no. nunti. idem Pau. cons. j. videtur dicendum, quòd dictus Christophorus, in princ. lib. ij. Ro. {in l. post dotem, col. xxij. ver. secundò ad idem deduco. ff. solu. matri. vbi id dicit sing.} cons. cccclxxxiiij. hoc quod vicinus. Alex. in l. post dotē, ff. solut. matrim. Ang. Aret. in §. actionum quoque, col. ix. vers. quæro an istud ius, Insti. de act. & in §. præterea, le ij. col. xxij. vers. postquàm videmus de procuratore, Institu. de excep. vbi tamen quodā modo nutat. Barba. cons. lj. scripsit sapientiæ fons, col. xix. versiculo, & si opponitur, lib. j. Soci. in l. qui Romæ, §. cohæredes, col. iij. in quinto notab. ff. de verbor. oblig. Cos. Guy. in prag. sanct. tit. de colla. §. sequitur, in verbo, alio. Lud. Bolo. cons. xxv. in amplissimo, col. v. vers. & nota, quòd tale ius. Iac. à S. Georg. in l. Imperator, ff. de pactis. Carol. Rui. cons. xlvij. in causa, col. j. nu. 2. & iterum, col. iiij. vers. nec obstat, dum dicebatur, lib. iiij. & omnium latissimè Ioan. Ignе. in repet. l. dudum, col. xiiij. vers. his adde vnum articulum, cum multis sequen. per iiij. col. C. de contrah. empt. & Boë. in consuetud. Biturig. tit. *de retraict*, §. iij. col. iiij. vers. sed an hoc ius. & Chasse. cōs. xxj. *le cas de noble & puissant*, col. xij. vers. *neantmoins par autant*. Ioan. Monto. in promptuario vtriusque iuris, tomo j. in verbo, redimere, vers. secūdò super verbo, licentiam habeat, in fi. Albertus Bru. cons. lxxx. circa primum, col. antepen. ver. nec obstat si dicatur. Caro. Molen. in consuetud. Parien. tit. j. §. xiij. nu. 20. Ferro. in consuetud. Burdigal. hoc tit. §. j. col. iiij. vers. ex his simul. & iterū §. vj. col. pen. Paulus Parisi. cons. lxxxij. pro veritate, col. iiij. nu. 26. lib. iij. & Ioan. Coras. lib. iij. Miscel. c. iij. nu. 7.

2 *Consuetudines in eā rem.*

¶ Et in id quoq; est statutū Lucanum, quod id ius Recompræ, vt alibi diximus, appellat, ne scilicet liceat id ius alteri cedere, vt refert Philip. Deci. cons. ccxxij. viso puncto, col. ij. ver. sed his nullo modo obst. Et idem quoque statuitur apud Turonos hoc eod. titu. *de retraict*, cap. xxv. Aruernos titu. *des emphyteoses*, cap. xx. & iterum titu. *de retraict*, cap. xiiij. vbi præterea additur, consanguineum, si cesserit, cadere hoc iure. Borbonios, cap. cccclvij. Engolismos, cap. lxxj. Sanctones Angeriacos, cap. lv. Altimarchienses, c. cclxxiij. Marchienses, cap. cclxxx. qui est xx. huius titul. ibique statuitur, illum priuari iure retractus, qui conuincitur eum prosequi in fauorem alterius. Auxerrenses, siue Altissiodorenses, hoc quoque titu. §. xix. qui est omnium 50. Niuernenses, hoc item titul. §. xxiij. Valesienses, hoc etiam titu. §. viij. qui est omnium lxxxix.

¶ Quanquàm

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

3 ¶ Quanquàm huius rei contrarium nuncupatim in casu nostri statuti voluerunt soli omniũ, quos hactenus legimus, nisi me fallit memoria, Pet. in d. l. ad officium, argu. illius tex. in fi. vt in meo codice scriptum reperi. & Henr. Boẽ. in c. sanè, in fi. extrà de priuil. eo tantùm argumotus, quòd minor potest cedere in integrum restitutionẽ. de quo dicemus in vlt. glo. huius §. Et contrarium quoq; in casu statuti prohibentis alienare in alios, quàm in consortes voluit Albericus sibi contrarius in prima parte statutorum, q. lxij. item quæro si ex forma.

Qui dicũt posse.

4 ¶ Sed quod diximus primo loco in casu nostræ consuetudinis, adeò verum est, vt si consanguineus vi ipsius consuetudinis emptorem conuenerit, vt ei rem cedat oblato pretio, & lite pendente ipse consanguineus moriatur, extraneo hærede instituto, non admitteretur ipse hæres extraneus vt, nuncupatim voluit Io. Fab. in §. ex contrario, in fin. Instit. de lega. vbi tamẽ hæc verba subdit, contrà ff. de inoffic. testa. l. posthumis, §. vlt. qui non multùm ad hoc facit: tamen ex hoc potes intelligere Io. Fab. in ea re nutasse, seq; ita obscurum præbuisse, vt nescias vtram partem sequi velit.

An admittatur hæres extraneus ad actionẽ retractus intentatã.

5 ¶ Sed id ex eo pendère videtur, an qui prohibitus est alienare in extraneũ, eum posit hæredem instituere. de quo in l. ex hoc, §. alienare, ff. de alie. iudic. mut. cau. fac. & per glo. in l. j. in verbo, loca, & ibi Doct. C. ne lice. habit. lib. xj. & Doct. in l. peto, §. vlti. ff. de lega. ij. Alberic. Bar. Bal. Ange. Imo. Raph. Co. Franc. Are. & alios Recentiores, afferentes concor. in l. si ita quis promiserit, §. ea lege, ff. de verb. oblig. Oldr. cons. cclxx. in quæstione proposita, in primo dubio. Bar. & Recentiores in l. filius familias, §. diui, ff. de l. j. Alberic. in l. si quis prioris, col. j. & ibi Bal. in §. certũ, C. de secund. nupt. Bal. in l. ea lege, col. iiij. vers. secũdò quæro, & ibi Sal. col. v. vers. quæro secundò. & iterum col. penult. vers. quæro successiuè, C. de condictio. ob causam, & cons. cccxlix. statuto Placentiæ, in primo dubio, rursùmq; in vlt. li. j. & cons. lxxxiij. an prohibita alienatione, lib. ij. & consilio cccx. ad euidentiam, col. ij. lib. iij. Angel. consilio lvij. ad declarationem, col. penul. & vlt. Sal. in l. ea lege, col. v. verficulo quæro secundò, & multis sequen. C. de condict. ob cau. Rapha. Co. consilio lxxxiiij. præsupposito, alter Raph. Fulg. cons. ccxv. in primo. Pau. Castren. cons. cxv. super primo videtur dicendum, in primo dubio, lib. j. & consilio cccxxiiij. super secundo, in quinto dubio, eo. lib. j. Ioan. Plat. post gl. & Bart. in l. quemadmodum, in iij. quæstio. C. de agricol. & censi. li. xj. Alex. cons. clv. visis & accuratè consideratis, lib. ij. & consilio lv. ponderatis his, lib. iij. Ioan. Ray. post glo. in c. imperialẽ, §. habito, col. xij. in paruis, verficulo, quæro vlterius & reddo, tit. de prohibi. feud. alienat. per Fede. Corne. cons. cxj. licèt videatur, per totum, lib. iij. Fabia. à Monte S. Sab. in tractatu emptionis & venditionis, in xvj. artic. xxij. q. quartæ partis princ. Soci. cons. cclj. quoniã in præsenti, etiam per totum, lib. ij. Franc. Cur. seniorem consilio xlvj. sæpe reuoluta, colum. antepen. & seq. Philip. Deci. nuncupatim de hoc casu loquentem dicto consilio ccxxij. col. ij. vers. his nullo modo obst. Iaso. cons. cj. super præmissa, lib. j. & consilio clxiiij. super terra, col. iij. vers. bene facit, lib. iiij. & Caro. Ruin. consilio xcv. circa ea. col. iij. numero 10. li. ij. & consilio cx. circa casum, col. j. nume. 2. eod. lib. ij.

Prohibens alienare in extraneũ, an posit eũ hæredem instituere.

6 ¶ Sed si id recipias, vt non admittatur extraneus hæres institutus, illud intelliges, si is extraneus ipsius consanguinei ei non successisset ab intestato. Secus si ab intestato erat ei successurus, aut successit: nam tunc videretur id ius semel intentatum à defuncto in eum transire, etiamsi non esset consanguineus venditoris (quod accidere potest) per id quod dicitur, prohibitum alienare extra familiam, posse eum instituere, qui ei ab intestato est successurus, etiãsi non sit ex ea familia: sicq; & is rem prohibitam obtinebit. glos. quæ in id ab omnibus citatur, quamuis mihi id dicere non videatur, in l. pater, §. Iulius, aut vt alij legunt, Iulianus Agrippa, & ibi Dyn. & Cyn. ff. de leg. iij. idem Dyn. Ray. Bart. Imo. Rapha. Co. & Pau. Cast. in l. cùm pater, §. cùm inter, per eum tex. ff. de lega. ij. Ex quibus Imo. & Raph. osseuerãt eam glo. communiter approbari, & dicit præterea Imo. in Practica obseruari. Barto. in d. l. peto, §. fratre, & ibi Imo. qui illam glo. dicit sing. ff. eod. tit. & idem Bart. in l. si ita quis, §. ea lege, colum. pen. & ibi Ang. Imo. qui & illam glo. dicit sing. Pau. Cast. Franc. Are. & cæteri Recentiores, ff. de verb. oblig. Bal. Ang. & Sal. in d. l. ea lege, ille col. iiij. vers. tertiò quæro, alter ante fi. vers. & ex prædictis concludo hic, col. penul. versi. quæro successiuè, C. de condict. ob cau. vbi tamen Sal. ipse dicit, quòd si statutum consideraret onera ciuitatis, ipse hæres tenetur alienare in subditum illius. Angel. consi. vij. ex dicto themate, col. ij. Fulgo. d. consi. ccxv. col. ij. Imol. in l. ventre, & ibi Franc. Are. col. xj. vers. & attende quia licèt, ff. de acquir. hæred. & Pau Cast. cons. ccccxlvij. si iste masculus, in princ. lib. j. vbi dicit omnes in hoc concordare. Alex. consi. lvj. consideratis verbis testamenti, col. vlt. vers. quinimo etiam, lib. j. quod repetitur cons. xxiij. lib. ij. & idem Alexan. d. consi. lv. ponderatis his quæ in themate, col. ij. versic. fortius voluit, cum multis seq. lib. iij. vbi dicit illam glo. censeri singu. & hanc esse communem opin. à qua in iudicando non est discedendum. & cons. lix. attentis verbis testamenti, col. iiij. vers. quintò

Quid, si is hæres succedat ab intestato.

Prohibitus alienare extra familiã an possit relinquere extraneo, qui ab intestato ei succedit.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

probatur,eod.lib.iij.Corne.conf.cxiij.circa primum,col.ij.ver.nec obstant adducta,lib.ij.& d.conf.cxj.licèt videatur,col.vlt.in princ. lib. iij.Soci. consilio ccxxvij. præsens consultatio, col.xj.vers.circa tertiam quæstionem,lib.ij.& cons. ccxcij. visis statutis magnificæ ciuitatis, ad fi.lib.ij.Franc.Cur.senior,cons.lxiiij.antiquissima,col.xvj.vers.ad tertium principale,Ias. in l.filiusfamilias,§.diui,in prima lect.col.antepen.vers.ad confirmationem predictorum,& iterum in ij.lect.col.xviij.versic.tu pro confirmatione.& ibi quoque Ioan. Crotus, column. xxiij.vers.tertiò limitatur.Et Ferdi.Loaz.char.8.nume.155.& iterum char.24.numero 481. ff. de legatis primo,& idem Iason in l.voluntas,colum.ij.vers.prima fallentia, C.de fideicommis.vbi dicit eam glos.valde singu.& consilio cxx.in præsenti,col.ij.ver.aliquando & tertiò, libro primo.& consilio xcvj.dominus Ioannes,columna v. versiculo condescendo, libr.iiij. vbi eam glossam dicit no. dicitq; id communiter approbari. Carolus Ruin. consilio cviij. visa,colum.aj.numero 1.lib.ij.& cons.cxxxiiij.viso,col.ij.nume.4.& iterum colum.iij. nume. 8.lib.ij.& cons.cciij.de duobus,col.ij.num.3.& iterum col.ix.num.17.& seq.eo.lib.ij.Philip. Deci.cons.clxxxij.in casu occurrenti,col.j.& cons.ccclxxvij.visis & diligenter, columna vltima,versiculo,circa primum.& cons.cccxxij.cuius superscriptio incipit,filij quadantenus, colum.ij.vers.tertio in casu,& iterum vers.his tamen vt infrà. Stepha. Bertran.consil.cxxvij. non puto,numero 12.lib.iij.

7 *Quid,sibi non fuerit institutus, an admittetur ab intestato.*

¶Nam & citra institutionem & successionem ex testamento, heres legitimus admittitur ab intestato,etiam stante prohibitione alienandi extra familiam,quamuis is non sit de familia. d.l.cùm pater,§.cùm inter,& ibi Bar.in fin.ff.de leg.ij.Bal.cons.lij.substitutio facta,col.j.lib. ij.Ro.consi.cccclvij.circa propositam,col.ij.vers.cæterùm quòd eadem.Pau. Castren. cons. lx.visis statutis communis Vicentiæ,col.j.lib.ij.Ioã.Pla.in d.l.j.vbi suprà,C.non licere habi. lib.xj.Alex.in l.qui Romæ,§.cohæredes,col.iij.versiculo in contrarium, ff.de verborum obligatio.& dicto consilio lv.vbi suprà,li.iij.Pet.Ferra.in titulo forma libel.in actio.rea.in verbo veris ac legitimis,columna vj.versiculo venio ad primum.& Iason cons.iiij.Nicolaus,paulò ante fin.lib.j.& magna pars aliorum, quos in præcedenti vers.citauimus, cum aliis concordantiis adductis ab ipso Iasone,in dicta l.filiusfamilias, §.Diui,in priori lect. col. quæ antepenul.præcedit,vers.si.verò prohibitio est.& d.cons.xcvj.col.v.vers.confirmo,quia quando, lib.iiij.& Soci.d.cons. ccxcij.visis statutis,col.vlt.lib.ij.& cons.ccxxvij. præsens, col. xj. vers. circa tertiã quæstionem,cum multis seq.lib.ij.Quibus adde,quæ diximus suprà eod.tit.in gl. ix.quæ est in verbo,*ou lignagier*,numero 167.sed huius postremi,& sequen.vbi & hanc sentẽtiam autoritate Tullij confirmamus,in oratione pro L. Flacco.

8 *De eadẽ re.*

¶Super eo tamen,quod de institutione hæredis diximus,vide omnino Soci. qui sibi contrarius,latè tenet contrarium,post alios à se allegatos,cons.xliij.visis testamento,col.vj.versicu. circa secundum,lib.iij.vti etiam facit Philip.Dec.cons.xxiij.cuius superscriptio incipit, an & quando ex prohibitione,per totum.& ante hos Bald.cuius non meminerunt, consil. lvij. item instituo : col.ij.vers.modò descendi oportet,lib.ij.Sed & in successione ab intestato cõtrarium quoque tenuit Rapha. Fulgo. consil.cxvij.Ioannes, col.iij.versicul.reliqua dubitatio,vbi id scienter tractat.& ipse Soci.sibi item contrarius,consil.cclj. quoniam in præsenti, colum.iij.versiculo secunda principalis, libro ij.vbi tamen fatetur aliam opin. esse communem,vti etiam ex aliis diximus.& Ias.dicto consilio iiij.ad finem lib.j.& Philip.Deci. consil. cccclxxxj.in casu de quo Perusij,colum.ij.vers.tertiò respondetur:cum aliis concordan.adductis à Ioan.Croto,in repe.d.l.filiusfamilias,§.diui,col.xxxij.versic. secunda est difficultas, ff.de leg.

9 *De eadẽ re.*

¶Si tamen id procedit in successione ab intestato,secundùm priorem opinionem, quæ cõmunior est,vel eorum testimonio,qui contrarium tenuerũt:non video,cur etiam non procedat in testamẽto,cùm instituitur is,qui ab intestato successisset.Id enim nihil aliud est,quàm id exprimere,quod intelligebatur:ideò nihil hæc res immutat conditionem iuris.l.nõ rectè, C.de fideiusso.& l.aliquãdo,ff.de conditio.& demon.ex quibus illud omnes vbiq; assumũt, expressionem eorum,quæ tacitè insunt,nihil operari.Et qui expressè non testatur,id disponere atq; ordinare videtur,quod de eius successione lex ordinat, & disponit ab intestato:habẽtq; veniens ab intestato tacitam voluntatem defuncti.l.si quis cùm nullum, & l.conficiũtur,§.sed ideò,ff.de iure codi.cùm dicitur,Creditur paterfa.sponte sua his relinquere legitimã hæreditatem.& l.si fundum per fideicommissum,§.j.ff.de l.j.& l.ij.ibi, titulo largitionis, vel etiam intestati successione cõtulerint,C.de bonis mater.& glo.in l.j.§.toties, versiculo, vel maximè,in verbo,meruit,& ibi Bart.& alij,ff.de collatio.Bal. cons.cxix. præsupposito q̃ statutum,post medium,lib.iiij.& Doct.vbique.Ideoq; si legitimus non prohibetur ab intestato,minùs debet prohiberi ex testamento,cùm fauorabilior sit in eadẽ persona causa testati,quàm intestati,l.j.& l.ij.ff.si quis omissa caus.Et locus ille Ciceronis suprà citatus loquitur de successi

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

de successione ab intestato, vt interim illud omittam, nihil referre, quid ex æquipollentibus fiat, l.iij.C.de insti.& substit.cum simi. Porrò Iason propè omnibus in hoc aduersus in dicto cons.iiij.ad finem, iunctis præcedentibus, in ea est opi. vt id procedat in successione ex testamento, non etiam ab intestato.

10 ¶ Secundò intellige, nisi vnus tantùm sit consanguineus venditoris. nam is poterit id ius retrahendi extraneo cedere, vt nuncupatim voluit Pau. Castren.d. cons.j. videtur dicendum quòd dictus Christophorus, vers.& ideò si non essent, lib.ij.arg.eius quod dicitur, rem alienari prohibitam extra familiam, si non superest nisi vnus de familia, posse ab eo extra familiam alienari, quando nullus est, qui alienationem possit reuocare: vt probatur, licèt nõ alleget, in l.cùm pater, §.libertis, in fi.& l.qui solidum, §.prædium, ff.de leg.ij.& vtrobique gl.& Doct.& idem dicit ipse Pau.cons.ccccliij.de eo quod primo loco quæritur, in ij.dubio, lib.j. Et sequitur Iason primum illud cons.tantùm allegans in d.l.filiusfamilias, §.diui, col.x.vers. vndecimò limita, ff.de l.j.in ij.lectu.vbi & ad hoc allegat tex.in l.Mutianæ, in fi.ff. de conditio.& demonstrat. Sequitur item Lud.Bolo. cons.xliij. viso igitur puncto, col.iij. vers. nonò præsuppono.& Iac.à S.Georg.in l.si mulier, §.ex asse, in fi.ff.de iure dotium,& Philip.Deci. cons.dxj.viso testamento, col.ij.vers.postremò.& con.dlxxxiiij.visa prohibitione, ad fi.quod iterum repetitur cons.dcxxxvij.& idem Deci.cons.dcxxxv.viso copioso, col.ij. ad fin. Boer. hoc eo tit. *de retraict*, §.iij.col.v.vers.& maximè si sint.& Franc.Ripa in d.§.diui, col.3.nu.17. & D.Boër. Deci.cxxxix.alia fuit quæstio,& Ioan.Coras.li.iij.Miscel.c.iij.in fi.Et bene facit, quod in simili traditur in l.ij.quando non pet.part.& quod ibi tradit Bald.de vlti. succedẽte in re subiecta restitutioni, vt liberè possit de ea disponere: vti etiam voluit Iason, dicto cons. iiij.col.iiij.vers.moueor primò, lib.j.

Si vnus tãtùm sit consanguineus an is extraneo retractum cedere possit.

11 ¶ Sed huic sententiæ, in casu nostræ consuetudinis, non possum accedere: quãdo non tãtùm interfit familiæ venditoris, ne id ius alteri extraneo cedatur, vt in specie legum suprà allegatarum, in quibus nullius omnino intererat rem ipsam alienari in extraneum. Verùm & hîc interest quoque emptoris, ne scilicet ab eo res retrahatur prætextu huius iuris, quod tantùm familiæ competit, & sic ne extraneo in eius præiudiciũ cedi possit: qua ratione, eius scilicet, quod ipsius interest, potest petere, vt consanguineus retrahens iureiurando affirmet, id pro se, & ad suũ commodum retrahere, & sine fraude, vt cauetur suprà hoc eod.tit. §.j. Sed & in casu Pau.Castren.illius sententiæ antistitis, vide omnino Alber.Brunum, consil. lxxx. circa primum, col.antepen.vers. & licèt adduci posset.

De eadẽ re.

12 ¶ Tertiò intellige, nisi consanguineus fortè debitorum mole depressus, id ius retrahendi suo creditori cederet in solutum sui debiti. Id enim potest facere, cùm sit ex necessaria causa, si credimus eidem Pau.Cast.in d.cons.j.in fi.lib.ij.argu.eorum quæ, vt dicit, sing.no.in l. pro hærede, §.si quid tamen.in fin.magnæ glo.ff.de acquiren.hered.vbi ea quæ non transeunt ad extraneos hæredes, transeunt tamen ad creditores, propter inopiam vel necessitatem, & ex ea not. Bart.Ang.& Recentiores, quòd quæ sunt inseparabilia à persona, fiunt tamen separabilia propter necessitatem. Et allegat prætereà Pau.d.l.filiusfamilias, §. Diui, ibi, sed hæc neque creditoribus, ff.de l.j. Cui adde alia multa à me collecta suprà, §.j.in gl. xiiij. in verbo, *ou equipollent à vente*, num.8.secundò intellige, & multis sequenti.dum ibi tractamus, an retractus habeat locum in alienatione necessaria: multisq; ibi probauimus prohibitionẽ alienationis non intelligi in huiusmodi alienatione.

An consanguineus id ius possit cedere creditori in solutum.

13 ¶ Ex sententia autem Pau.Castren.d.cons.j. potes intelligere creditores posse in causam iudicati capere id ius retractus competens debitori consanguineo venditoris, qui aliàs non est soluendo. Nã & de hoc casu loquũtur allegata ab ipso Paulo. Et bene etiam facit tex.in d.§. si quid tamen, cuius gl. tantùm Pau.citauit.ibi enim scribitur, operarũ officialium petitionẽ creditoribus competere, quanuis ex aliis iuribus eæ cedi nõ possunt: vt est tex.in l.si nõ sortẽ, §.libertus, ver.vlt.ff.de condi.inde.& dicemus infrà hac eadẽ gl.nu.51.septimò operæ. Sed & facit text.in l.j.ff.de fun.dotali. vbi ob necessitatẽ creditor mittitur in possessionẽ fundi dotalis, alioquin inalienabilis, & in l.peto, §.prædiũ.ff.de leg.ij. secundùm iij.lecturã, quam sequitur Bar.ibi, & Io.Ana.cons.xlvij.illud præsupponitur, col.ij. vers. primò ergo nõ obst. Et quod scribit Stephan.Bertrãd.cons.xviij.viso, col.j.li.ij. Et quæ latè diximus suprà, in §.j. in gl.vij.in verbo, *ou autres choses censées pour immeubles*, nu.48. quòd autem fructus.& seq. scilicet eorum quæ alienari non possunt, posse commoditatem capi in causam iudicati. De quo etiam per Bal.Angel.Alex.& Franc.Aret.in d.§.si quid tamẽ.& latè Ias.qui post alios id intelligit, cùm desunt alia bona in l.commodis, ff.de re iudica.

An creditores id ius possunt capere in causam iudicati.

14 ¶ Sed & ad hanc sententiam non modicum facit, quia si cõsanguineus ipse debitor rẽ ipsam retraxisset, posset confestim creditor eandẽ rem in causam iudicati accipere: nec posset dici

De eadẽ re.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

id factum in fraudem creditoris,nisi aliud ostenderetur. Cur igitur ante retractum nō poterit & hoc idem ius retractus capere,aut à debitore in solutū accipere? præsertim si nihil habeat debitor consanguineus,ex quo possit creditorem dimittere, vt sæpe nostri Iuriscōsulti loquuntur,id est,illis satisfacere,& se debito liberare:nec ei suppetunt pecuniæ, quibus retractum peragere possit: nam & id cedet commodo non solùm creditoris, sed & ipsius debitoris consanguinei,qui ita liberatur à debito,& consequenter totius familiæ,cuius quodā modo interest,hunc suum consanguineū liberari,& dignitatē communis familiæ conseruari,arg.l.j.§.sed & si seruus.ff.de vent.in posses.mitten.& quæ in simili diximus suprà,in dicto verbo,*ou equipollent à vente*,nu.51.tum quoque quòd idem.Et aliàs sepe admittimus propter vtilitatem contrahentium,quę aliàs non admitterētur,l.sed an viæ,ff.de pig.Præsertim verò, quoniam cæteri consanguinei poterunt & ab eodem creditore retrahere,vt diximus in eadē glo.nu.2.huiusmodi autem est,& multis seq.

15 ¶Nisi tamen,si quis hîc diceret,quantùm ad illum casum de creditore volente id ius capere
De eadēre. in causam iudicati,debitorē posse in quærendis obesse creditoribus,vel inuitis.l. qui autem, in prin.ff.quæ in fraudē creditorū,& l.non fraudātur,ff.de reg. iur. & vtrobique concor. in gl.Et id propè perpetuū est vt in quærēdis nocere possimus,quibus aliàs nō possumus.l.vlt. C.de acq posses.& l.cùm proponas,in fi.C.de hære.instit.& l.quoties,ff.solu.mat.& l.si duo ff.si quis cautio.&l.j.§.vtrum autē,ff.si quid in fraud.patro.cū aliis multis cōcor.à me latè cōgestis tit.ij.vniuersarū nostrarū cōsuetudinum Pictauiēsium §.xj.in verbo, *alienation de bien d'eglise*. Quid ergo quæri potest creditor,si debitor hoc iure retractus vti nō possit aut nolit, poteritne eo iure loco ipsius vti? Cùm nec iura illis subueniant, quibus in quærendis nocitū est,vt patet ex iuribus suprà allegatis.Nisi & illud respōdeas,id ius retractus iam quesitū esse à tempore contractus vēditionis factæ ab ipsius cōsanguineo,ex sententia Bald.in rub.C.res inter alios act.vers.nota quòd ex consuetudine,& alibi latius diximus. Cùm igitur ei nata sit & quæsita actio,potest in eam creditor manus veluti iniicere,saltem iudicis autoritate. Cogita tamen,quia hæc res admodū noua est,& vide tamen Ang.cos.ccxliij.multi consortes.

16 ¶Illud autem scio,Barb.in repeti.rubri de rebus eccles.non alienan.col.xj.ver.vndecimò limita,tenuisse quòd stante statuto,ne liceat in extraneū alienare, cuiusmodi est propè nostra consuetudo,potest tamē ob necessitatem famis id fieri, si non inueniatur emptor nōn extraneus,instar eius quod dicitur patrem ob eam necessitatem posse vendere filium,in l.ij.C.de patrib.qui filios suos distraxere.Quo in loco(vt id obiter dicam)dictio est à nostris nō intellecta,ea est,sanguinolentus.ibi enim scribitur,Filiū filiāmve sanguinolētōs venediderit.nā sic legendū est,nō sanguinolentus.Quod vt intelligas in Codice Theodosiano lib.v.c.viij.titulus est huiusmodi,De his,qui sanguinolentos emptos vel nutriendos acceperint:sub quo lex est Cōstantini Imperatores,à qua hauddubiè decerpta est d.l.ij.sub nomine eiusdē Cōstantini.Cuius hęc verba sunt,Si quis à sanguine quēpiā eiusmodi cōparauerit &c. Paraphrastes autem nō indoctus,quisquis is fuerit,Si quis(inquit)infantē à sanguine emerit &c. Ex quib⁹ facilè intelliges sanguinolētos illic vocari eos quos Græci ἀρτιγενεῖς,siue ἀρτιβλαστοὺς vocant, id est recēs natos,& adhuc sanguine mēstruo madētes,& vt vtar verbis Iuuenalis Saty.vij.

--Modò primos incipientes
Edere vagitus,& adhuc à matre rubentes.

Nam & in dicto C.Theodosiano titulus eum præcedens,quem suprà citauimus,hic est,De expositis,cuius tit.l.j.loquitur de his qui seruos & liberos recēns natos domo abiecerunt. In nostro autē Iustiniano C.li.viij.titulus est,illos vtrosq; titulos simul iungēs,his verbis,De infantibus expositis liberis & seruis,& de his qui sanguinolentos nutriendos acceperint. Vbi Azo in Summa,& Pet.à Bella Perti.in rub.dicūt hos infantes ideò sanguinolentos vocari,q; sanguinis pœna luēdū est tātum scelus.Accu.autē ibi nihil dicit:sed in priore illo loco,videlicet in d.l.ij.C.de patri.qui fili.distrax.cùm nec ipse id intelligeret,nec illius posterioris tit. (vt opinor)tūc recordaret,scribit aliàs ibi legi, sanguinolēt⁹,aliàs sanguinolentos:sed priorē illā lectionē meliorē esse,vt scilicet legatur,sanguinolētus,& ad patrē referatur:atq; sic dicatur,tanquā pater sanguinolētus,id est,sanguine(vt dicit)& capitaliter puniendus,si sine iusta causa filium vendiderit.at Cy.& post eū Sal. dicunt id non congruere text. qui loquitur de venditione licita:ideoq; ibi dici patrem sanguinolentum,quòd sanguis contradiceret necessitati famis, quæ venditioni assentiebat. Alberi. autem ibi tradit ideò ita vocari filios à patre venundatos,quia eorum sanguine alantur parentes:vel quia cor sanguinolentum fiat per famen:vel quia pater occidit filium ciuiliter eum vendendo, atq; sic seruū faciēdo:quia seruit⁹ morti æquiparatur.Idē in suo dictionario interpretatur,vt Accursius,sanguinolētū in ea l.ij.id est,sanguine & capitaliter puniēdū.Verùm nimiū in iis nostrorū nugis immorati sum⁹.

17 ¶Igitur vt redeamus ad principale institutū,eadē l.ij.C.de patri.qui filios suos distrax.nō tā aliena à paterna pietate videri debet,quàm plerisq; videtur:quādoquidē Nehemiæ v.capite,

An id ius saltem ob famis necessitatem posit vēdi.
Sanguinolentis filij, qui à patre vēduntur, quare dicū tur.

populus

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

pulus fame oppressus in hæc verba prorupit: Filij nostri & filiæ nostræ multæ sunt nimis, accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comedamus, & viuamus. Idq; etiam aliquando factitatum tradit tẽpore Maximini Imperatoris Eusebius Cæsariensis lib. Historiæ ecclesiasticæ ix.c.viij. Et longis antè temporibus Erisichthon, cùm præ fame patrias attenuasset opes, tandem & filiam vendidit.

Filij à parentibus ob famem aliquando vẽditi.

—*Et tandem demisso in viscera censu,*
Filia restabat non illo digna parente:
Hanc quoq; vendit inops. —

Hæc enim sunt verba de eo Ouidij (ni fallor) viij. Metamorphoseos.
Cuius etiam rei meminerunt Leucophron, Palæphatus, & Tzetzes, Histor. Chil. 2. c. xlvij. vbi & eam filiam Mastram appellat.

18 ¶ Illam autem Barb. sententiam, quam ex d.l.ij. deprompsit (vt ad eam tandem reuertamur) confirmat gl. in l. quemadmodum, in verbo, vendi, C. de agri. & censi. lib. xj. quæ eum text. vetantem omnifariàm (sunt enim hæc verba legis) originarios atq; etiam rusticos censitosq; servos vendi sine terra: ita intelligit, vt propter necessitatem famis liceat. ar. d.l.ij. & eam sequuntur Bar. & Ioan. Plat. ibi, id quoq; trahentes ad quæuis alia alienari prohibita. Et alia gl. in l. ob æs alienum tantùm, C. de prædi. min. quæ & ipsa eam l. loquentem cum dictione illa taxatiua, tantùm, trahit ad famis necessitatem, per illam l.ij. & eam sequuntur omnes ibi, & Ang. in auth. res quæ, col. vlt. C. com. de leg. Quibus subscribit, quod tradit Archi. in c. abbatibus, xij.q.ij. bona ecclesiæ alienari posse inconsulto capitulo. Et quod à Dyn. scriptũ est in l.ij. ff. solu. mat. & à Cy. & Alb. relatum & comprobatum in l.j. C. de noua. domino licere vasallum inuitum alienare imminente necessitate, per l. patronus, & l. medicus, ff. de ope. lib. quamuis aliàs nõ liceat, c.j.§. prætereà ducatus, tit. de prohib. feud. alie. per Federic. & dicemus infrà eadem gl. nu. 78. vicesimosextò.

19 ¶ Quodq; Bal. scriptum reliquit in tract. Protomixeos col. iiij. versi. sed tunc quæro, & iterũ col. ij. versi. quid si vendo, quòd etiã stante consuetudine Protomixeos, quæ id ius cõsanguineis sociis ac vicinis tribuit, vt præferantur extraneis intra xxx. dies à denuntiatione illis facta ab eo qui vult vendere: si tamen vrgeat iusta quæpiam necessitas, poterit liberè vendere cuilibet, non expectato eo tempore, nisi illi confestim emant, quia necessitas non subest legi. l.j. ff. de offi. Procon. & eũ sequitur Matthæ. Afflict. loquens in necessitate famis, in eodem tracta. Proto. col. vj. versi. sed iuxta hoc quærit: vbi & alia multa de necessitate allegat. Et inter cætera, quòd feudũ ex causa necessitatis alienari potest, per c.j. ti. qual. olim feud. ali. pot. Quanquàm ille tex. probat contrariũ, vti etiam annotant And. Iser. Bal. Mart. Laud. Alua. & Card. Alex. ibi, & ipsi And. & Bal. in c.j.§. aut si libellario, titu. quib. mod. feud. amit. & ipse quoq; Aluar. loquens de necessitate famis, in c. vlt. in xxxiij. conclusione, tit. quę fuit pri. cau. bene. amit. & Phil. Dec. in c. quæ in ecclesiarũ, col. iij. in vj. not. per eum tex. de consti. & Fra. Cur. iunior in tract. feud. in iiij. q. prin. quartæ partis, vbi item loquitur de necessitate famis.

20 ¶ Porrò autem alia multa de necessitate collegit Alberi. in d.l.ij. C. de patri. qui fili. distraxe. & maximè de necessitate famis, & in l.j. ante fi. ff. de offic. Proconf. & Lucas Pen. in l.j. col. ij. C. de delato. lib. x. & in l. Curiales, la ij. post prin. C. de Decur. eo. lib. & in l.j. col. j. & ij. C. de commeat. lib. xij. Roma. in repe. l. si verò, §. de viro, in liiij. fal. ff. fol. matr. Firmianus in suo vbere Lexico, in verbo, necessitas, ferè per totũ. Fr. Curt. senior in repe. l. admonendi, char. 16. col. iij. versi. ad hanc decisionem, & ibi quoq; Iason in repe. col. lxxiiij. versi. circa secundã conclusionem, qui est in nu. 214. & seq. ff. de iureiur. & ipse Ias. in l.j. in prin. col. pen. versi. gl. in verbo, non aliter, & ibi Fran. Purp. col. item pen. & seq. ff. de offic. eius, cui manda. est iurisd. & idem Iason in auth. res quæ, col. iij. vers. vndecimò, & iterum col. vj. versi. sextò & vltimò, C. com. de lega. & in l. principalibus, col. ij. ff. si cer. pet. Fel. in c. cùm accessissent, col. ix. versi. tertiò restringitur, extrà de consti. & in c. querelã, col. vlt. extrà de iureiur. & in c. ij. col. pen. de spõsa. Phil. Dec. in l. quæ propter, de reg. iuris. Matthæ. Afflic. {in c. licèt vasallus, col. iij. in 5. not. tit. si de feud. fuer. cõtro. inter do. & agna. &} in constit. Siciliæ incip. si quando contingit, in j. no. Fr. Cur. iunior in tract. feudorũ in iiij. parte principali, charta 43. versi. decimosextò quæro. Hippo. Marsi. in l.j.§. prætereà, col. xviij. & duabus seq. ff. de quæsti. Ferdi. Loax. in repe. l. filius familiàs, §. Diui. num. 219. & multis seq. ff. de lega. j. Geral. à Petr. Sancta. sing. cap. necessitas, Ioan. Lup. in repet. rub. de donat. inter vir. & vxor §. xvij. col. v. versi. quod procedit, & seq. & Alci. in lib. j. ff. de verbo. signifi. ad fi. qui id integrum accepit à Ro. in d.§. si verò. Quorum dicta si hic adiicere vellem, dies me prius deficeret.

De necessitate multa remissiuè.

21 ¶ Sed illis addere potes, quod & de ipsa necessitate externi scriptores tradidere. Orpheus in Hymno Noctis, scribit, grauẽ necessitatẽ omnib. dominari, aut si mauis omnia fortificare.

—Δεινὸν γὰρ ἀνάγκη πάντα κρατύνει.

Necessitas omnib. dominatur.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Thales Milesius apud Plutarchum libro primo de Placitis Philosophorum, c.xxv. & Diogenem Laertium in ipsius vita, dicit validissimum, siue fortissimum quiddam necessitatem esse, vt quæ vniuersæ naturæ præualeat, Ἰσχυρότατον ἀνάγκη, κρατεῖ γὰρ πάντων. } Nam & alibi apud eundem Plutarchum in conuiuio septem sapientum, idē Thales interrogatus τὶ ἰσχυρότατον, id est, quod fortissimum, ἀνάγκη, inquit, id est necessitas: μόνον γὰρ ἀνυπόστατον, id est, sola enim immobilis, siue semper sibi constans, siue inuicta, siue iusuperabilis: hæc enim omnia ea dictio significat. } Trismegistus in libro de voluntate diuina, qui Asclepius inscribitur, c.xiiij. tradit εἱμαρμένην, id est fatum, & ἀνάγκην, id est necessitatem, ambas sibi inuicem indiuiduo connexas glutino: alteram verò rerum omnium parere initia, necessitatem autem cogere ad effectum. { Quod & propemodum astruit Seneca lib.2. Naturalium quæstionum. } Parmenides verò & Democritus, atq; etiam Heraclitus & Plutarchus vbi nuper citauimus, & iterum ca.xxvij. necessitatem eandem atq; fatum esse voluerunt, omniaq; ipsius præscripto fieri. Plato (vt & idem Plutarchus tradit, cap.xxvj.) euentorum partem prouidentiæ, partem necessitati adscribit. Idem, & cum eo Stoici, necessitatem quidem fixam causam & violentā dicunt, vti etiam refert ipse Plutarchus in illo c. xxvij. Idem Plato libro de Republica decimo, atq; Plotinus eiusdem sectæ Philosophus Necessitatem Deam faciunt, Parcarū matrem, quæ & ipsæ ineluctabiles atq; inexorabiles vocantur. Nam & Pausanias li.ij. quo Corinthia tractat, scribit Corinthi Necessitatis ac Violentiæ sacellū fuisse, quod ingredi minimè consueuerant. Ex quo intelligis & necessitatem pro Dea fuisse habitam, eandemque Violentiæ coniunctam, tanquam ea cuncta violet. Valerius Maximus, lib.j.c.vj. quo loco de Cn. Pompeio loquitur, muictas leges necessitudinis esse dicit. ibi enim necessitudo pro necessitate (vt sæpe fit) ponitur.

Necessitas & fatum connexa.

Necessitas causa fixa & violenta.

Necessitas Dea Parcarum mater.

22 ¶ Simonidis sententia est ex arcanis Homericis, quo loco de morte Sarpedonis loquitur, ni fallor, deprompta, Necessitati ne deos quidem resistere. Ἀνάγκῃ δὲ θεοὶ μάχονται. quā aduocat Plato tum in Protagora, tum libro de Legibus v. rursumq; vij. Eamque expressisse videtur { Dionysius Halicarnasseus lib.6. in oratione Menenij Agrippæ, cùm dicit, Postremò cogitantes necessitatis vim, cui soli vel Dij coguntur cedere. Et } Liuius lib.ab Vrbe condita ix. cùm scribit: Pareatur necessitati, quam ne Dij quidem superant. Sed & idem lib.iiij. ita facit loquentem Vectium Messium Volscorum regem: Necessitate, quæ vltimum ac maximum telum est, superiores estis. Vnde opinor illud vice prouerbij celebratum, Ingens telum necessitas. quod Plinij esse nonnulli tradunt. Cæterum Euripides in Helena ex sapientū sententia dicit, nihil plus posse graui necessitate:

Necessitati ne Deos quidem resistere.

Necessitas telum vltimum.

Necessitate nil plus potest.

Δεινῆς ἀνάγκης οὐδὲν ἰσχύειν πλέον, — Et in Alcest.
Κρεῖσσον δὲν ἀνάγκης εὕρον. — Hoc est,

Potentius nihil necessitate inueni.

Idem suam Hecubam ita claudit φερρὰ γὰρ ἀνάγκη, id est, dura, siue mauis, rigida necessitas. Nam & hanc quoq; duram sæpius vocat Diuus Augustinus, enarrans illud Psal. xxx. Saluā fecisti de necessitatibus animam meam. Horatius autem lib. j. Carminum, Ode xxxv. eandem sæuam vocat:

Necessitas dura & rigida.

Saua.

Te semper anteit sæua necessitas.

Et lib. iij. Ode xxiiij. diram, quod non longè abest,

Dira.

Sifigit adamantinos
Summis verticibus dira necessitas
Clauos. —

Quintilianus auus Declama. cclx. Multum (ait) contra iustitiam necessitas valet. Palladius lib. Rei rusticæ j.c.vj. Necessitas feriis caret. Valerius Maximus lib.vij.tit.vj. qui de necessitate est, scribit, Abominandæ necessitatis leges amarissimas esse, & truculentissima imperia. Tullius lib.ij. Officiorum: Necessitati parēdum esse iubet. Et Herodianus lib.v. Parendum, inquit, necessitati fuit. Græcus est versiculus Menandri,

Necessitas vincit iustitiam.

Necessitati parēdū.

Necessitas omnia in seruitutem redigit.

ὑπὸ δ' ἀνάγκης πάντα δουλεῦ τάχα.

Id est ad verbum,

A necessitate omnia in seruitutem redi guntur velociter. — Et alter,

ὑπὸ δ' ἀνάγκης πολλὰ ποιοῦμεν κακά.

A necessitate multa facimus mala.

Græco autem Epigrammate, πάντολμος ἀνάγκη appellatur, quòd omnia audeat. Porcius autem Latro in illa in Catilinam declamatione, grauissimos pronuntiat morsus irritatæ necessitatis. Et Plato in Phædro tradit necessitatem omnibus in rebus cuique grauem esse: καὶ μὴν τόγε ἀναγκαῖον εἶναι βαρὺ παντὶ παράπαν ἀνθρώπῳ.

Ab ea mala omnia.

Ea omnia audet.

Homerus

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Homerus autem necessitatem fortem vocat, lib. vj. Iliados,

—Κρατερὴ δ' ἐπιπέσετ' ἀνάγκη.

Et rursus lib.x. Odyss.

—Κρατερὴ δὲ μοι ἐπλετ' ἀνάγκη.

23 ¶ Sed tu hîc aduerte lector, nam quæ de necessitate famis priuatim nostris legibus constituta sunt, ad alias trahenda non sunt, vt in casu d.l.ij.C.de patribus qui filios distraxe. voluerunt Azo in Summa eiusdem tit. Accursius, Petrus à Bella Perti. Cy. Bart. dum citat Dyn. quo loco statim dicemus, Bal. Ang. Sal. & Pau. Cast. in d.l.ij. & Dynus in c.in argumentum, de regulis iuris, lib.vj. Ex quo & Ioan. Fab. in §.j.col.ij. Instit. quibus alie. licet vel non, dicit, quòd licet maritus posit dotem alienare ex necessitate famis, non tamen ob aliam quamuis necessitatem, argumento d.l.ij. C. de patribus qui filios distrax. & sequitur Angel. Aret. in d. §.j.col.j.in fi. Et facit quod in alio casu voluit Ioan. Fab. in §. nullius, col. vlt. & ibi post eum Ange. Aret. in §. sacræ, Institu. de rerum diuisio. & in alio item casu Bald. in c.j.§. aut si libellario, col.ij. in verbo, poterat olim, tit. quibus mod. feud. amit. dum ibi loquitur de necessitate victus. *Ob famem constituta, ad alias necessitates non sunt trahenda.*

24 ¶ Et hæc quidem optimo iure, quando nulla omnino necessitas fami par est. Teterrimum enim mortis genus famem esse pronuntiauit Homerus, qui lib.xij. Odysseæ ita facit Eurylochum loquentem: *Fames teterrimum mortis genus, atque miserrimũ.*

Πάντες μὲν θνητοὶ θανάτοι δειλοῖσι βροτοῖσι:
Λιμῷ δ' ἐπιπτότατον θανέειν. Id est ad verbum,

Omnes quidem terribiles mortes miseris mortalibus:
Fame autem miserrimum mori.

Cuius sententiæ meminere Plato in lib.de Republ. iij. & Columella lib.ij. Rei rusticæ, c.itẽ ij. & Cn. Pompeius in ea epistola ad Senatum, quæ dicitur fuisse deprõpta ex libris Historiarũ Sallustij: Quantùm in vobis, fame miserrima omnium morte confectus. Et his subscribens Liuius lib.x. Secundi belli Punici, scribit famẽ & frigus miserrima esse mortis genera. Hisq; alludens Plautinus parasitus in Captiuis, Miserrimũ ait esse hominem, qui cùm esse cupit, quod edat non habet. Hinc Horatius lib.j. Carminum, Ode xxj. miseram famẽ vocat. *Fames misera.*

Hic bellum lacrymosum, hic miseram famem, &c. Ouidius lib.viij. Meta. appellat famem, miserabile genus pœnæ:

Molitur q̃ genus pœna miserabile. —

Tullius autem ad Atticum lib. Epistolarum v. Fame nihil miserius esse, pronuntiauit. Iosephus lib.vj Belli Iudaici, c.xiij. scribit, famem rerum omnium clades siue acerbitates superare. Quod & ex ipso repetit Eusebius Cæsariensis Historiæ ecclesiasticæ lib.iij. cap. iiij. aut vt alij diuidunt, vj. Sed & idem Iosephus lib. vij. eiusdem operis cap.xj. tradit, Omne pereundi genus fame leuius videri. Et Menander, *Fames clades & acerbitates omnes superat.*

Λιμὸς μ' γιγαν ἄλγος ἀνθρώποις ἔχει.

Fames maximus dolor hominibus est.

Quintilianus, si is est, in Cadauerum pastis: Felix (ait) pestilentia, felix prĕliorum strages, deniq; omnis mors facilis. Fames aspera vitalia haurit, præcordia carpit, animi tormentũ, corporis tabes, magistra peccandi, ditissima necessitatum, deformissima malorum. Hęc ad humile corpus nobiles manus mittit, hæc alienis pedibus mendicantes prosternit, hęc sæpe sociorum fidem fregit, hæc venena populis publicè dedit, hæc in parricidium pios egit. Quẽ citat Lucas Pen. in l.ij.col.j. C. de quibus munerib. vel præsta. lib.x.

25 ¶ Plinius lib.ij.c.lxv. de terra loquens, Quin & venena, ait, nostri miserta instituisse credi potest, ne in tædio vitæ, diræ famis mors terræ meritis alienissima, lenta nos consumeret rabe. Quibus vides, famem peculiariter diram vocari, vti & apud Virgilium lib.iij. Æneid. *Fames dira.*

Sed non ante datam cingentis mœnibus vrbem,
Quam vos dira fames, nostraq; iniuria cedis,
Ambesas subigat malis absumere mensas.

{Et Horatium lib.j. Sermo. satyra 2. haud multò post princ.

—*Inopi dare nolit amico*
Frigus quo dirámq; famem propellere posit.} Et Ouidium lib.viij. Metam.

Tum quoq; dira fames, implacata q̃ vigebat. *Flamma gulæ.* —

Sæuam quoque (quod eiusdem est sensus) vocat Lucanus lib.vj.

Sed patitur sæuam, veluti circundatus arcta
Obsidione famem — *Saua.*

{Et Seneca Tragœdiographus in Octauia. actu 4.

Turpisq; egestas, sæua cum luctu fames.}

Idem

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Obscœna. Idem autem Virgilius eodem lib.iij.eam obscœnam vocat:

Obscœnámque famem, quæ prima pericula vito.

Quia, vt dicit Seruius ibi, homines ad obscœna compellit: vt de malesuada statim dicemus.

Tetra. Nonius autem Marcellus, obscœnam, in eo loco exponit, pro vitabili. Sic quoq; eã, & præ-

Vesana. tereà tetram, vocat Eusebius Cæsariensis Historiæ ecclesiasticæ lib.ix.c.viij. Sed & ipse Virgilius (vt ad eum redeamus) vesanam eam vocat, lib.ix.

Suadet enim vesana fames: manditque, trahitq;

Et iterum lib.x.

Molle pecus.—

Suadet enim vesana fames, si fortè fugacem

Conspexit capream.

Insana. Et post eum Apuleius lib.viij. Metamorph. Cui non absimile est, quod Lucanus eam insanã appellat, lib. vij.

Insanámque famem, permissasq; ignibus vrbes.

Malesuada. Idem Virgilius lib.vj. eandem quoq; vocat malesuadam quòd scilicet ad omne malum sce-

Fames in vestibulo inferni. lusq; suadendum sit efficacissima, vt paulò pòst dicemus: eamq; fabulatur sedere in vestibulo inferni inter tetra diraq; monstra.

Vestibulum ante ipsum, primisq; in faucibus Orci

Luctus, & vltrices posuere cubilia Curæ,

Pallentesq; habitant Morbi, tristisq; Senectus,

Et Metus, & malesuada Fames, ac turpis Egestas,

Terribili visu formæ.—

Rabida. Idem lib. Æneidos sexto, eandẽ Rabidam vocat, quòd in rabiem quandam adigat homines.

—Ille fame rabida tria guttura pandens.

Hinc idem Virgilius lib.ix. eiusdem operis:

—Collecta fatigat edendi

Ex longo rabies.—

Et Silius Italicus, loquens de fame Saguntina, lib.ij. Puni.

—Rabidi ieiunia ventris Insolitis adigunt vesci.—

Adagium. Ex quo est illud vetus adagium apud Plautum in Amphitryone, Fames & mora bilem in

Pestifera. nasum conciunt. Ouidius lib. viij. Metamorph. pestiferam eam vocat.

Pestifera lacerare fame.—

Dura. Et duram lib.iiij. de Ponto:

—Vix humili duram reppulit arte famem.

Et ante eum Horatius lib. Sermonum j. Saty. ij.

—Duramq; famem depellere possit.

Atra. Et atram Claudianus:

Pallor & atra fames.—

Quod accepisse videtur ab Hesiodo qui δίβοπα λιμὸν lib. j. Operum & dierum vocat, id est nigram, siue atram famem. At eidem Hesiodo lib. eiusdem operis ij. λιμὸς quoq; ἀτερπὴς, id

Iniucũda. est, iniucunda, dicitur. Quod epitheton antè ei tribuerat Homerus, lib.xix. Iliados:

—Γνα μὴ μιν λιμὸς ἀτερπὴς γνάθ' ἴκηαι.

Imperiosa. Sed vt redeamus ad Claudianum, is in Rufinum eam item vocat imperiosam, quòd extrema quæque imperet.

Imperiosa fames, letho vicina senectus.

Violenta. Et Lactantius in Phœnice, violentam, quod non multùm ab illo distat, quia scilicet violet iura omnia, etiam naturalia, vt paulò pòst ostendemus.

Perniciosa. *Et curæ insomnes, & violenta fames.*

Omnia domans. Et perniciosam, T. Liuius, Victorib. (ait) victisq; pariter perniciosa fames instabat. In lib.v

Mœsta. Epigrammatũ Græcorũ, vnũ est nomine Callimachi in quo λιμὸς παντεμέτωρ dicitur, quasi omnia domans. Mœstam quoq; illam vocat Seneca Tragœdiographus in Hercule furẽte:

Famesq; mœsta tabido rictu iacens.

26 ¶ Idem Liuius lib. Secundi belli Punici primo, dicit famem vltimum humanorũ suppliciũ.

De fame alia multa. Et Ammianus Marcellinus libro decimonono, eam vocat vltimum omnium malorum. Idẽ lib.xxv. ignotissimum mortis genus appellat, veluti admodùm ignobile. Et paulò pòst, Dies (inquit) quatuor sunt euolati inedia cruciabiles, & omni supplicio tristiores. Ægesippus lib. v. Famem {vehementem} carnificem appellat. Diuus Hieremias Threnorũ c. iiij. dicit, Melius esse occidi gladio, quã fame extabescere. Cui consentiens Vegetius, Ferro (inquit) multò sæuior fames est. Dauid autẽ pestilentiam eligere maluit, quàm famẽ, cùm vtriusq; ei data esset optio, vt scribitur Regum lib. ij. c.xxiiij. Ouidius lib.viij. Metamorph. famem Erebi & Noctis filiam dicit, eamque graphicè describit. E nostris Bal. in l. pactum, colum. vltima, C. de pa

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

de pactis,tradit illud tãquam prouerbium vulgò celebratũ,Fames est acutissimus ensis.Idẽ consil.ccccl viij. lata fuit sententia, col.ij. lib. iij. scribit, nihil tristius esse,quàm fame necari, nihilq; fami comparari. Epicuri autem sententia est, licere pro siti & fame depellenda aduersus Iouem pugnare,teste Theodorico lib. de curatione Græcorum vndecimo.

27 ¶ Et sanè Lector hæc pestis omnium rerum teterrima est,& ad omne scelus suadendum efficacissima Ex nullo malorum fonte fœdiora manarunt exempla. Hinc filiorum cædes,& infandæ epulæ:hinc præcipitationes,aliæq; festinatæ mortes:& quod omnium atrocissimũ est,reperti sunt,qui seipsos laniarunt,quando obscœnos morsus in alios vertere non potuerunt. Nam in ea obsidione, quam inter secundum bellum Punicum passus est Spendius ab Amilcare Carthaginiensium Duce, eò inopiæ ventum est, vt Spendiani milites suis ipsorũ corporibus inedia vescerentur,captiuisq;(quod Polybius tradit)ac seruis cæsis, eorum carnibus sustentarentur. Hanc autem rem ita explicat Porphyrius lib. ij. de abstinentia ab esu carnium:Post primum(inquit)bellum,quod de Sicilia à Romanis aduersus Carthaginienses gestum est,cùm Phœnices mercenarij milites defecissent, simulq; alios Pœnos in defectionem induxissent, Amilcar cognomento Baleas expeditione in ipsos facta in eam victus inopiam redegit, vt primùm eos,qui in præliis caderent,in cibum sumerent: deinde vbi illi quoq; defecissent, captiuos occiderent, eorumq; carnibus vescerentur: posteà in seruos omnes manus iniicerent: postremò verò, cùm omnia alia iam consumpta essent,in se mutuò conuersi sorte eductos commilitones comederent. Numãtini quoq; à Scipione obsessi,cùm omnia,quæ famem eorum trahere poterant,consumpsissent, ad vltimum humanorum corporum dapibus vsi sunt. Captaque vrbe complures inuenti sunt, artus & membra trucidatorum corporum sinu suo gestantes: vt autor est Valerius li.vij.c.vj.qui subdit,horum trucẽ pertinaciam in consimili facinore Calaguritanorum execrabilem impietatem supergressam esse: qui quia nullum iam aliud supererat animal,vxores suas,nonosq; ad vsum nefariæ dapis verterunt. Quoq; diutius armata iuuentus viscera sua visceribus aleret, infœlices cadauerum reliquias salire non dubitauit. Liuius lib. iiij. ab vrbe condita tradit. Cùm fames vrgeret Romanos, multos ex plebe, spe amissa, potius quàm vt cruciarentur trahendo animam,capitibus obuolutis se in Tiberim præcipitasse. Herodotus libro tertio refert, exercitum Cambysis Persarum regis in expeditione,quam mouit aduersus Æthiopes,tanta fame oppressum fuisse,vt sortiti ex seipsis milites decimum quenq; comederint. *Fames ad quæ nos mala impellat.*

28 ¶ Tradunt & antiqui scriptores, Erisichthonẽ, de quo nos suprà locuti sumus, propter neglecta Veneris sacra ad tantam famem adactum fuisse,vt propria ipsius membra corroserit. Ex quo Ouidius libro octauo Metamorph. *Erisichthõ præ fame mẽbra propria dilaniauit.*

Vis tamen illa mali postquàm consumpserat omnem
Materiam, dederatq; graui neua pabula morbo,
Ipse suos artus lacero diuellere morsu
Cœpit,& infelix minuendo corpus alebat.

Et alter nescio quis Poëta:

Membra aliena fame lacerabant,esse parati
Et sua. —

Vt non abs re scriptum sit Esaiæ ix. c. Esuriet & comedet ad sinistrã, & non saturabitur. Vnusquisq; carnem brachij sui vorabit. Nec ideò mirùm videri debet,quod multi tradiderunt Polypum præ fame sua ipsius brachia,siue cirros;aut,vt alij vertunt,pediculos? corrodere.Id enim Hesiodus lib.secundo Operũ,Opianus lib.de piscibus,& præter hos ij.Ælianus lib.xij. statim post prin. & Albertus Magnus lib. animalium xxiiij.scriptis reliquerunt: Pherecrates,Cominus,Alceus,& alij multi, Athenæo lib.vij.c.32.citati: tametsi Aristot.lib. de natura animalium viij.c.ij.& Plinius lib. ix.c.xxix. & Athenæus ipse reclamant. *Polypus.*

29 ¶ Sed vt redeamus,in Hierosolymitana expugnatione, cũ Iudæi arctius à Romanis obsiderentur,non solũ non abstinuerunt à stercorib.hominum,& brutorũ, & calciamentis & coriis à scutis detractis, quod sæpe aliàs factitatum est: sed & reperta sunt à militib. omnia ob inediã discutientib.in priuata mulierculæ domo, puerilia mẽbra, quibus infelix mater,nomine Maria,Eleazari filia, occultè vescebatur, trahebatq; vitã illius viscerib. qui omni vita solet esse parẽti charior. Testis Iosephus lib.Belli Iudaici vj.c.vlt. in fi.& li.vij.c.vj.aut ex aliorũ codicũ sectione,xj.& repetit Ægesippus Excidij Hierosolymitani lib.v.c. xlj.& Eusebius Cæsariẽsis Ecclesiasticæ historiæ lib.iij.c.iiij.aut vt alij codices cõputãt,vj.Diuus Chrysostomus lib.j. aduersus vituperatores vitæ monasticæ. Quin lõgo antè interuallo Doda regie Syriæ Ioram in Samaria obsidente,fames adeò inualuit,vt matres inedia adactæ filios necauerint,coxerint, comederint, vt scribit sacra historia, iiij. Regum, capitulo sexto,& Iosephus lib.ix. Antiquitatum,cap.iiij. Et in alia ipsius Samariæ obsidione,facta ab Aristobulo *De eadẽ re.*

& Antigono

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

& Antigono Hyrcani filiis fames quoq; obsessos ad tetra humanorum cadauerũ alimenta coëgit, vt tradit Ægesippus lib. Excidij Hierosolymitani j. c. item j. Sed & imperante Iustiniano, eo anno, quo vrbs Roma, dũ Bellissarius inibi esset, à Gothis obsideretur, tanta per vniuersum orbem, & præcipuè apud Ligures fames excreuit, vt pleræque matres infelicium natorum membra comederent, vt vir sanctissimus Datius Mediolanensis Antistes, & eius autoritate Paulus Diaconus retulere. Hincq; dolenter & flebiliter Hieremias, quo loco nuper citauimus, Manus (inquit) mulierum coxerunt filios suos: facti sunt cibus earum. Diuus ille Chrysostomus Homilia in Genesim liiij. loquens de Iacob illo patriarcha, scribit, famis necessitatem patriæ amorem in eo vicisse. Et Diuus Hieronymus in Amos lib. iij. Vetus narrat historia, nil fame durius, quæ sæpe obsessos compellit humanis vesci carnibus, & in suã sæuire naturam, ita vt nec parentes paruulis parcant liberis, & maritalis affectus vxoris dudum amatæ mẽbra dilaceret. Ex quibus ortum vetus adagium, Omnia esculenta obsessis. Quod quidẽ adagium, (vt id addas) sumptum est ex veteri illo Senario cuiuspiam Poëtæ,

Adagium.

Ἀπανία γὰρ τοι βρετὰ τοῖς πολιορκομένοις.

Idem quoq; de obitu Marcellæ ad Principiam, loquens de quadam fame, quæ tunc Romanos obsessos tenebat: Terribilis (ait) de occidente rumor affertur, obsideri Romam, & auro salutem ciuium redimi, spoliatosq; rursum cruciari, vt post substantiam vitã quoq; amitterent. Hæret vox, & singultus intercipiunt verba dictantis. Capitur vrbs, quæ totum cepit orbem: imò verò fame periit, antequàm gladio: & vix pauci, qui caperentur, inuenti sunt. Ad nephandos cibos erupit esurientium rabies, & sua inuicem membra laniarunt, dum mater non parcit lactenti infantiæ, & recipit vtero, quem paulò antè effuderat. Ex quibus est illud Leuitici 26. Corripiam vos septem plagis propter peccata vestra, ita vt comedatis carnes filiorum vestrorum, & filiarum vestrarum. Et Deut. c. xxviij. Obsideberis intra portas tuas in omni terra tua, quam dabit tibi dominus Deus tuus: & comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum, & filiarum tuarum, quas dederit tibi dominus Deus &c. Et Baruch ij. Vt adduceret Dominus super nos mala magna, quæ non sunt facta sub cœlo, quemadmodum facta sunt in Hierusalem, secundũ quæ scripta sunt in lege Moysi, vt manducaret homo carnes filij sui, & carnes filiæ suæ. Et Ezechielis v. Patres comedent filios suos in medio tui.

30 *De eadẽ re.* ¶ Non mirum igitur videri debet, quod Plinius lib. viij. c. lvij. tradit Annibale Casilinũ obsidente, vænisse murem CC. nummis, eumq; qui vendiderat fame interiisse, emptorem vixisse. Quod & ipsum tradit Valerius lib. vij. c. vj. Quanquàm apud Strabonem lib. v. legimus non murem in ea obsidione, sed modium frumenti venditum fuisse CC. drachmis, emptoremq; ea alimonia incolumem seruatum, venditorem autem fame extinctum. Non mirum (inquam) quod in exercitu Marci Antonij, quo tempore cum Phraorte, aut vt alij vocant, Phraarte rege Parthorum pugnaretur, chœnix Attica frumenti (tanta fames erat) quinquaginta drachmis empta sit, & pro hordeaceis panibus paris ponderis argentum datum, vt scribit Plutarchus in vita ipsius Antonij. Et quòd in ea Samariæ obsidione, de qua nuper locuti sumus, caput asini vænundatum est 80. argenteis, & quarta pars cadi stercoris columbarum quinq; argenteis: sicuti quoq; scriptum est eo. c. vj. lib. iiij. Regum. Et apud Iosephũ, vbi suprà, qui eam quartam partem cadi, sextarium appellat.

31 *Decisio prin. huius duby.* ¶ Quid igitur (vt ad principale nostrum institutum tandem veniamus) etiam mirandum est, si quod aliàs vænire prohibetur, liceat vendere vrgente tam tetra, diraq;, atq; omnia audẽte, suadente que, famis necessitate. Et si quæ cogit liberos proprios, vxores nostras, propriamq; nostram carnem (vt diximus) mandere, quæq; permittit liberos ipsos vænũdare, eadem permittat & ius familiæ, & generis etiam vendere: quod non adeò arctum est & peculiare, quã liberorum, id est, nostræ priuatæ genituræ. Retractum dico, qui ratione generis & familiæ competit. Proinde (vt id caput concludam) facilè concesserim in hac tanta necessitate ius istud retractus cuiuis vendere, si cæteri consanguinei emere differant, hoc solo argumento, quòd liberos quoq; tunc vendere liceat. In cæteris autem necessitatib. non ausim tam constanter asseuerare, tametsi Bal. & Paul. Cast. vt suprà diximus, id astruant.

32 *An retractus cedi possit saltẽ in præiudiciũ cedẽtis.* ¶ Quartò intellige, vt huiuscemodi cessio fieri non possit, quantùm ad præiudiciũ consanguineorũ, sed quantùm ad præiudicium ipsius cedẽtis possit, vt scilicet locus pateat cæteris cõsanguineis: vt quibusdã placere video, arg. l. j. §. Titius filios, tit. si de feu. fuer. cõtro. inter domi. & agna. Ita enim voluit Ferronus in cõmentariis consuetudinũ Burdiga. hoc eo. tit. §. j. Id quod sine dubio verũ est, vt scilicet alter consanguineus etiam remotior venire possit, si sit intra annũ. Sed an sibi ita præiudicarit, vt propter cessionẽ nõ amplius audiatur, dicã plenissimè in gl. seq. nu. 5. sed dubitari, & multis seq. Sed & an valeat ea cessio in præiudicium emptoris, si alius cõsanguineus nõ veniat, & sic teneatur emptor admittere extraneũ cessionarium, satis patet ex iis quæ diximus suprà eadem glo. nu. 10. secundò intellige, & sequen.

¶ Quintò

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

33 ¶ Quintò intellige, vt si consanguineus retrahens sit socius bonorum alterius extranei, certè retrahendo per ipsum consanguineum, alteri extraneo socio acquiritur in re retracta, pro portione societatis, argu. l. si is qui duos. ff. de liber. leg. vbi ex duobus sociis qui incapax est, propter eum qui capax est, capit per consequentiam, hæc enim sunt verba eius legis, cuius autoritate suffultus Dyn. & post eum Bart. ibi in fi. tradit, quòd licet spurius non possit capere à patre, tamen si ipse spurius contraxerit societatem cum alio capace, iste alius potest institui hæres à patre spurij, atque ita transibit dimidium bonorum in spurium. & idem voluit Bald. qui dicit menti tenendum, in l. j. colum. vlti. in xiiij. quæst. C. pro soc. vbi & illum tex. dicit not. Sali. qui & eum not. dicit & singul. in l. si societatis, C. eo. titu. & in l. societatem, la j. ff. eo. titu. vbi & eum dicit not. Pet. Anch. Ioan. Anal. & Feli. in c. ij. extrà de Iudæis, & Ludo. Sard. in tract. legitimationum, char. vlti. versi. octauò si spurius, vbi & huius rationem reddit. & Cæpolla cautel. xxxviij. secundum vltimam computationem, & lxiiij. secundùm primã, incip. nunc videamus, versi. octaua cautela est. Barba. qui propè vbique dicit, illum text. singul. in repet. c. Raynaldus. char. antepen. extrà de testam. & in repet. rub. extrà de reb. eccle. non alien. col. xij. versi. duodecimò limita. & consi. xxxvj. sapienter, col. viij. lib. ij. & consi. xliiij. quod est simili exordio, col. vlt. eo. lib. ij. & consi. lxxxiij. illud afferam, col. ij. lib. iij. & consi. v. illud in medium. col. vij. versic. facit etiam, lib. iiij. & illius discipulus Ant. Corset. sing. Spurius, vbi dicit etiam illum tex. sing. {& Cæsar Lamberti. in tracta. de Iure patro. in 6. articu. j. quæst. princ. j. partis j. lib. col. 2. nume. 5.} & Ioan. Crotus in repet. l. filiusfamiliâs, §. diui. col. xxiiij. versi. sextò & vltimò fallit, ff. de legat. j. vbi ex hoc dicit, quòd si ex statuto prohibeatur res immobilis alienari in extraneum: tamen si extraneus contraxerit societatem bonorum cum ciue, qui acquirat, iste extraneus in consequentiam societatis etiam acquiret: quæ res proximè accedit ad casum nostræ consuetudinis. De quo etiam est expressa consuetudo apud Borbonios, cap. consuetudinum eius loci ccccclxiiij. Et de viro & vxore habemus etiam consuetudinem expressam suprà eod. titu. §. xvj. vbi & nos aliquid diximus in ij. glos.

Consanguineus retrahens, an acquirat socio omniũ bonorum.

Consuetudines.

34 ¶ Et hanc quoque sententiam confirmat, quod voluit glo. not. in l. vlt. in verbo, fratribus, C. de hono. & muner. non conti. lib. x. quòd socius omnium bonorum consequitur vacationem siue immunitatem munerum ex persona sui socij exempti. quam glo. sequitur, & dicit singu. Alex. consi. cxxij. viso puncto. col. iiij. versi. ad hoc etiam facit, lib. iiij. & Barb. locis suprà citatis, & præterea in l. ij. in prin. col. xij. ff. de verb. oblig. & iterum in l. iiij. §. Cato, col. xxix. versi. mihi autem videtur. eo. tit. & Iason, qui & eam dicit sing. in l. j. col. j. C. de transact. & in l. si emancipati, col. iij. C. de collat. De quo tamen vide Feli. dubitantem in c. j. col. v. versi. ex quo dubito. extrà de præscrip. nam & Bart. & Ioan. Plat. quorum tamen non meminit in d. l. vlti. de hono. & mune. eam glo. sententiam reiiciunt. Et vide alia quædam similia apud {Rom. in l. j. col. ij. ver. tertiò facit, & seq. ff. de cond ob turp. cau. & latius} Barb. in dicta rub. de reb. eccl. non alien. & locis suprà ex eo citatis. & Hipp. Marsi. sing. clxxx. plura & Ant. Corse. d. sing. spurius, & quod dicemus infrà in eadem gl. nu. 42. nec mirum quidem, & quæ etiam diximus suprà eo. titu. §. j. glo. ix. in verbo, *ou lignagier*, nu. 68. & quanquàm pater. Et vide etiam aduersus ea, quod scribunt Mart. Lau. & Card. Alex. in c. j. in fi. tit. de inuest. de re ali. fac.

De eadem re.

35 ¶ Sed quod de casu nostri retractus diximus, intelligendum est secundum Bart. in dicto casu spuriorum, in d. l. si is qui duos. vt scilicet procedat, nisi de fraude appareret per quasdam coniecturas: de quibus, vt ipse subdit, dixit in l. post contractum. ff. de donat. & id sequuntur Ludo. Sard. & Cæpolla, quibus locis suprà citauimus: qui tamen dicunt, in dubio præsumi fraudem. Sed ego quantum ad casum nostri retractus, magis accedo sententiæ Bart. simpliciter, vt scilicet debeat constare de fraude: quoniam fraus in dubio non præsumitur, l. meritò. ff. pro soc. & l. patronus, & l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. & l. si Prætor, §. Marcellus. ff. de iudic. & l. iij. §. vlti. in fi. & ibi glos. ff. de tribu. actio. & l. dolum. & ibi Barto. & alij, C. de dolo malo. & l. j. & ibi Corne. in ij. notab. C. si omissa cau. resta. & c. officij. in verbo, constiterit. & ibi Barb. colum. xxxj. nu. 29. de testa. & cap. accedens. de falsis. & cap. ij. de renuntia. lib. vj. & glos. in l. ij. C. si alieres. pign. dat. sit, & in cap. ex tenore, in glos. vlt. extrà de rescr. Spec. titu. de appel. parte ij. §. nunc tractemus. versi. sed secundum præmissa. & iterum titu. de donatio §. j. versicu. item pone aliquis. Alber. in l. j. ad si. princ. ff. de rerum diuisio. & in j. parte statutorum, quæstio. cx. statuto Parmæ, ad fin. Bald. consi. cxcviij. ad intelligentiam, colum. j. libro j. quod repetitur consilio ccccclxvj lib. v. & idem Bald. consilio lxx. de iure ciuili, lib. iiij. & vtrobique per dictum §. qui dolo. Ioan. Calde. consilio vij. titu. de constitu. incipien. an si statuto cauetur. D. à Rot. decisio. cclxxj. si de mandato, in fi. in nouis, & iterum deci. ccccclxxxj. extra rotam, in princip. etiam in nouis, & Angel. consilio cxlij. super primo, ad fin. Raph. Fulg. consil. cxcviij. in quæstione, col. ij. versicu. superest. Pet. Anch. consil. cciiij. visis & ponderatis, col. vlti. versi. non obst. iiij. ratio, & consi. cclj. ex his, post medium, & consi. cclv. dubium, col. ij. & consi. ccclxxxviij. in casu præmisso, col. j. & Doct. vbique.

Quid si de fraude appareat.

Fraus in dubio non præsumitur.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

36 ¶ Nam & si illa iura maxima ex parte de dolo loquantur, illud tamen verũ est, dolum & fraudem germana esse, & quadam cognatione coniuncta. l. iurisgentium. §. sed si fraudandi. & ibi gl. Bart. Ang. & communiter omnes, ff. de pact. & l. j. in prin. & ibi gl. in verbo, fraude. ff. de his qui not. infa. & in c. cæterùm. extrà de rescr. Quanquàm alij vnum ab altero distinguunt, vt genus à specie, vt videre licet per omnes in d. §. sed si fraudandi. & in l. ij. C. de in lit. iuran. & in c. j. lxxxj. dist. Alber. in l. fraudis. ff. de reg. iur. & Bal. in l. quæ fortuitis. col. ij. C. de pign. actio. & Panor. in cap. ex tenore. col. j. in iiij. nota. extrà de rescrip. & consil. lxviij. videtur primò dictum magistrum, col. j. lib. j.

Fraudè & dolum germana esse.

37 ¶ Sed vt redeamus ad principale nostrum institutum, ea ratio, quam Ludo. Sard. & Cæpolla locis suprà designatis afferunt, priuatim ac peculiariter respicit illum casum spuriorũ, de quo & ipsi loquuntur: nec aliquid facit ad casum nostri retractus: vt ex iisdem locis videre licet. Et apertissimè videmus, si non omnino cæcutimus, in hoc casu non tantam esse causam siue occasionem præsumendæ, aut in suspicionem vocandæ fraudis, si quæ sit, quàm in illo casu. Et interim tamen vide eundem Bart. qui propemodum ipse secum dissidet in illo casu, in l. vlti. col. j. versi. quæro vtrùm sit aliquis, ff. de his quib. vt indig.

De eadẽ re.

38 ¶ Sed & alio modo intellige hunc casum nostri retractus, vt videlicet quamuis ob societatem pars acquiratur socio consanguinei retrahentis, licet extraneus sit, vt diximus: tamen intra annum solutæ societatis poterit ipse consanguineus, aut eo mortuo hæredes illius eam partem illi olim socio extraneo acquisitam retrahere, restituendo pretium pro rata eiusdem partis, vt expressè cauetur, quantum ad virum & vxorem, qui & ipsi sunt communes in bonis mobilibus & quæstibus, iure ac vi matrimonij, ex nostra consuetudine, suprà eo. titu. §. xvj. & seq. quod & nos optimis, ni fallor, rationibus ad alios socios traximus, in §. xx. eiusdem tit. Estque expressa consuetudo tam in coniugibus, quàm aliis locis, permixtim apud Borbonios, d. c. ccccclxiiij. qua & ipsa declarantur cæteræ huiusmodi consuetudines nostræ Galliæ, loquentes tantùm de coniugibus.

An autem iste cõsanguineus poterit retrahere partẽ socio acquisitam.

Consuetudines.

39 ¶ Sextò intellige, quod dictum est, vicinum, aut consortem, qui ex forma statuti potest retrahere ab extraneo non posse eam facultatem alteri extraneo cedere: intellige, inquam, nisi & rem vicinam ratione cuius id ius comperit, cedat: vt scripserunt Bal. in tract. Protomixeos, col. ij. versi. quæro nunquid istud ius, & iterum col. vj. versi. his sic præmissis, in fi. Matthæ. Afflict. in eodem tracta. §. j. col. antepen. versi. vltimò not. ibi, & ex iis deciditur, & iterum in verbo, vt infrà xxx. dies, col. ix. versi. sed iuxta hoc quæro, in fi. eius versi. Alber. in l. qui solidum, §. prædia. per eum tex. ff. de lega. ij. Pau. Cast. in l. apud antiquos, C. de furt. & consi. ccccxxx. circa primum quæsitum, in ij. dubio, lib. ij. & Ioan. Bapt. Rosel. inter consi. eiusdem, consil. ccxliij. statutum Paduæ, post medium, eo. lib. ij. Paul. Paris. consi. lxxxij. pro veritate, col. iiij. nume. 26. lib. iij. & alij multi ex iis, quos suprà in prin. huius glos. citauimus.

An ius retractus trãseat in extraneũ cum vniuersitate.

40 ¶ Quæ res tamen non potest procedere in casu nostri retractus: nam ius ipsius non competit ratione rei, sed personæ: cuius qualitas, id est, consanguinitas, ob quam competit, cedi non potest, vt paulò post dicemus. Ideò nec id ius transit cum vniuersitate, vt expressim voluit Ioan. Fab. in §. j. col. vlt. Instit. de acqui. quæ fit per arro. nam nec transit in hæredem vniuersalem extraneum, vt dicit idem Fab. in §. ex contrario. in fi. Insti. de leg. de quo diximus suprà in eadem gl. nu. 3. sed quod diximus. Tu tamen vide quod in simili tractatur, an stante statuto prohibente fieri alienationem in extraneum, possit tamen fieri cum vniuersitate, vt per Bal. & Sal. inuicem dissidentes in l. ea lege. illum quidem col. iij. versi. secundò quæro, hunc col. pen. versi. considero igitur. C. de condi. ob cau. Pau. Cast. consi. ccxxiiij. super secundo, in v. dubio, lib. j. Ioan. Crot. in repe. l. filiusfamiliâs, §. Diui. col. xxj. versi. secundò fallit, ff. de leg. j.

De eadem re.

41 ¶ QVARE autem id ius cedi non potest, afferunt multi multas rationes: sed omnium plurimas Io. Igne. in repe. l. dudum. col. xiiij. versi. his adde vnum articulum, & seq. C. de contrah. emp. Omnes autem hanc, veluti præcipuam, adducunt, Quoniam huius retractus ratio est, ne res exeat de genere, siue familia. arg. l. pater. §. fundum Titianum. ibi, de nomine vestro nunquam exeat, ff. de leg. ij. & in l. qui solidum. §. prædium. & l. cùm pater. §. libertis. & l. peto. §. fratre. & l. filiusfamiliâs. §. cùm pater. ff. eo, tit. & l. is qui complures. ff. de lega. iij. & l. libertis. ff. de cond. & demon. cum si. Et vltra eos, quos suprà in prin. citauimus, qui hãc propè omnes rationem adstruunt, eandem quoque huic consuetudini assignat Io. Fab. in §. j. Inst. de emp. & ven. & Phil. Dec. consi. cclxxv. in causa quę Lucę agitatur, col. vj. versi. nec obstat si dicatur. & consi. ccccclxxj. iuridicum, paulò ante fi. Io. Igne. in d. l. dudum, col. iiij. in fi. & alibi sæpè in ea repet. & omnes vtique de ea loquentes. Cui rationi admodum concinit, quod diximus suprà in præfatione huius tit. nu. 7. id autem ius. Et lex antiqua Locrorum, qua cauebatur, ne quis patrimonium alienat

Ratio quare ius retractus extraneo cedi nõ potest.

Locrorum lex.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

alienare posset, nisi euidentem calamitatem superuenisse ostendisset: & vt prætereà antiquæ hæreditates conseruarentur, vt scriptum reliquit Aristoteles lib. Politicorum ij. cap. v.

42 ¶ Igitur cùm ea causa consuetudinis cessaret, si id ius cederetur extraneo, in quo nó est ea qualitas, quæ requiritur à statuto, vel consuetudine, id est consanguinitas, gentilitas, proximitas, necessitudo sanguinis, consentaneum est, id ius competens ratione illius qualitatis, cedi non posse, non magis quidem, quàm qualitatem ipsam, quæ haud dubiè cedi non potest, cùm sit ius & qualitas sanguinis & agnationis, l. ius agnationis. ff. de pact. & l. iura sanguinis. ff. de regul. iur. per quæ dicit Bart. in l. cætera. in prinl & ibi Iason, ff. de lega. j. huiusmodi iura nó esse in commercio nostro. Et sic cùm deficiat in extraneo illa qualitas sanguinis, debet deficere vis & effectus beneficij eiusdem. l. lætatem, §. vlt. ff. de censib. & l. j. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æstiua. & l. semper. §. negotiatores. ff. de iure immun. *De eodem.*

43 ¶ Sicuti etiam in simili dicitur à quibusdam, dominum feudi vel emphyteusis non posse cedere ius retentionis siue prælationis, quod habet in re feudali vel emphyteutica ex consuetudine, & ex l. vlti. C. de iure emphyt vt per Guid. Pap. qui ita dicit vidisse se semper iudicari in curia Parlamenti Delphinatus, decisio. ccccxj. an ius prælationis. vbi & alios allegat, qui tamen nihil de ea re loquuntur. Sed & hoc voluit Petr. Iacob. quem ille non allegat, titu. de actio. in rem pro re emphyt. colum. x. versic. quid si directus dominus. & Boër. in consuetud. Biturigum, titu. *de la retenue des choses vendues en fief*, §. j. col. j. ver. & intelligo. & iterum in hoc titu. *de retraict*, §. iij. col. v. ver. & idem est in domino. & Chasse. in consuetud. Burgund. in titu. *des censes*, §. j. in verbo, *retenue*. in princ. Et hoc expresim statuit consuetudo Turoniæ hoc eod. titu. *des retraict*, cap. xxxij. cuius loci commentarij muti sunt. atque etiam consuetudo Lorriensis apud Montargium, tit. j. §. v. Et id quidem, quia illa qualitas domini cessat in extraneo, nisi totum ius emphyteusis cederet. vt diximus suprà in vicino numero ab hinc iiij. Et id etiam nouissimè tenuit Caro. Mol. qui id latissimè & doctissimè, vt pleraque omnia, tractat in consuetud. Paris. tit. j. §. xiij. nu. 20. & multis seq. vbi dicit, nullum se scribentium reperisse, qui contrarium teneret. *Retractus feudalis an alteri cedi possit.* *Consuetudines de ea re.*

44 ¶ Tamen in hoc iure prælationis, siue retentionis feudalis, aut emphyteuticariæ, contrarium vt scilicet alteri cedi posit, tenuit Collect. in c. potuit, col. vlt. vers. quid si dominus fingit, extrà, de locato. & Pau. Cast. consi. cccxxxv. laudatio & inuestitura, in princ. iuncto facto, quod ponitur ante illud consi. lib. j. Et in hanc sententiā est expressa consuetudo apud Borbonienses, c. consuetudinum eius gentis ccccl vij. & Aruernienses tit. *de emphyteoses*, ca. xx. Marchiens es, hoc tit. §. xx. qui est omnium cclxxx. Et idem satis voluisse videntur consuetudines Cenomanorum, c. ccccix. & Andegauorū, c. cccxcix. dum ius faciunt domino, confestim quàm feudum redemerit restituto pretio, vendēdi illud ipsum alteri. Et vt à nónullis accepi, hanc etiam partē approbauit suprēmus noster Senatus Parisiensis, vt scilicet id ius cedi posit, arresto super ea controuersia lato pro Episcopo Carnutensi in Baronia Dalluye, anno Domini M. D. xx. *De eadē re Consuetudines de ea re.* *Arestum.*

45 ¶ NEC MIRVM quidem, si id ius retractus cedi nō posit. Sunt enim & alia permulta quæ similiter cedi non possunt: ex quibus nonnulla, quorum nunc in mentē venit, hic subnectere decreuimus. Inter quæ primo loco est rescriptum c. vlt. extrà de rescrip. & ibi Ioā. Andr. col. j. Bald. col. ij. versi. deinde nota. Panor. in ij. notab. post alios Antiquiores: qui & hoc dicunt procedere, etiam si is, qui rescriptū obtinuit, iura sua cederet: nam nec ita faciens, rescriptum posset concedere, cùm sit merè personale, nec transgrediatur personas in eo contentas. c. pen. & ix. extrà de offic. dele. Dicítque Bal. vbi suprà, hoc ita procedere. vt & rescriptum ab vno sociorum impetratum, nihil alteri prodesset, quamuis sit arg. contrà, in l. si is qui duos, ff. de lib. leg. Super quo vide quæ diximus suprà eadem gl. nu. 33. quintò intellige. & seq. *Rescriptū cedi nō potest.*

46 ¶ SECVNDO VSVSFRVCTVS, quia inseparabilis est à persona, cedi quoque non potest. l. si vsusfructus, ff. de iure dot. & l. vsufructu, §. j. ff. sol. matr. & §. j. Insti. de vsufru. Nam & aliàs quæ natura sunt inseparabilia, nec ea quoque sunt cessibilia, l. si mulier, §. ex asse, ff. de iure dot. Tamen fructuum cōmoditas potest ab vsufructuario cedi. l. necessario, §. vlt. ff. de peri. & commo. rei ven. & d. l. vsufructu. & ibi Roma. col. ij. in vj. notab. ff. solu. matri. & l. in venditione, in princ. & ibi Bart. ff. de bon. author. iudi. poss. De quibus & tu vide Host. in c. Raynutius, col. xij. in verbo, tertia Cleræ primò deducta, extrà de testa. Bar. in l. si vsusfructus, que est iiij. in fi. de nouatio. & in l. j. C. de petit. bono. subla. lib. x. Bal. in l. si tibi decem, §. pactum. in puncto, lib. iiij. Panorm. in c. prætereà. paulò ante fin. extrà de iure patro. Fabia. à monte S. Sab. in tracta. de empt. & vendit. in xxj. quæst. princ. & Stepha. Bertran. consi. cccxlvj ponitur in facto, nume. 12. lib. j. Nam & simile est, quod licet decima cedi non posit laico, cùm sit quid *Nec vsusfructus.* *Nec quæ sua natura sunt inseparabilia.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

spirituale,c.causam quæ.de præscr.& c.prohibemus.de deci.potest tamẽ eidem cedi eius commoditas.c.ij.de loca.& Spec.in tit.de pign.§.j.versi.quid de decima.& Roma.in d.l.vsufructu. vbi suprà.& latè diximus suprà §.j.gl.vij.in verbo, *ou autres choses*, nu.51.sed & hæc facit.}

47 *Nec bonorũ possessio.* ¶ Tertiò,bonorum possessio.l.iij.§ acquirere.ff.de bon.poss.Ita enim per eum tex.voluit Bald. consil.clxxxvj.quia allegationes,col.iij.lib.j.Sed aduerte:nam is tex.non dicit expressim,quòd bonorum possessio non ceditur, sed id tantum,quòd non transmittitur ad hæredem: quod satis est,vt inde agnoscas,quòd nec cedi potest:nam quicquid non est transmissibile ad hæredes, nec id quoque cessibile est.l.si ex pluribus.& ibi Dyn. Barto. & alij,ff. de administr. tuto.& l.non solum.§.si puellæ.ff.de ritu nupt.& l.si stipulatus fuerim in princ.ff. de verbor. oblig.Bald.in rub.C.de nouo Cod.compo.in fi.& in l.vlti.C.de hæred.vel actio.vend.& consilio cccxxvij.pridie,col.iij.lib.j.& consil.cxxiij.reuerendissimus,col.iiij.versic. sequitur videre, lib.v.& Docto. vbique.

Cessibile nõ est, quod nõ est transmissibile ad hæredes.

48 *Cessibile nõ omne est, quod trãsmissibile est.* ¶ Sed non è diuerso tamen,quod transmissibile est ad hæredes,continuò est cessibile, vt multi falsò assumunt ex dictis iuribus:vti optimè intelligunt,& declarant Alexan.& Iason in dicta l.si stipulatus fuerim.ipse Alexan.in addit.Barto.in dicta l.si mulier.§.ex asse.ff.de iure dotium.& idem Iason in l.si constante.colum.vlti.ff.solu.matri.& in l.j.§.vlti. colum.iij. versicu. item circa.ff.de operis noui nuntia.& in authen.res quæ,col.x.versic.decimoquartò, C. commu.de lega.& in repet.l.quò minus.in xxx.quæst.versic.confirmo quia facilius.ff.de flumi. & Bertran.consil.iiij.visis hinc inde, nume.39.libro iij.Philip.Deci. consil.dcxiiij. in causa feudali,colum.ij quod propè iisdem verbis repetitur consil.dclxxx.& Carol.Ruin.consil.lxxij.viso,colum.ij.nume.4.libro j.& Franc.Ripa in repet.cap.sæpe.colum. vij.nume. 26. extrà de restitut.spoliat. Et apertè ex eo probatur,quòd fideicommissum vniuersale transmittitur ad hæredes fideicommissarij,l.cogi.§.idem Mæcianus.ff.ad Trebellia. & tamen cedi non potest, dicta l.si mulier.§.ex asse.ff.de iure dotium.& dicemus infrà nume.52.octauò fideicommissum. Et ex eo quoque, quòd iura directa transmittuntur ad hæredes,& tamen cedi etiã non possunt,vt & dicemus numero 58.decimosextò actiones. Ex eóque, quòd iura sepulchrorum transmittuntur ad hæredes, tamen cedi non possunt, vt dicemus etiam infrà numero 55. igitur duodecimò. Et vide quædicam infrà in glos.vlti.huius §.numero 29.trigesimosecundò, quod libet. & titu.sequen.§.j. {glos.6.} in verbo, *ou ses heritiers*, nume.12.at is confestim. Et id quidem erit pro Quartò.

49 *Nec ius adeundi siue immiscendi cedi potest.* ¶ Quintò,igitur ius adeundi siue immiscendi, quod penè idem est,cedi non potest.De quo tu vide Bal.in rub.extrà de procurat.col.iiij.circa medium.& in c.ex rescripto.col.j. de iureiuran. & consi.ccclvij.nulla mulier.col.j.lib.j.& consi.ccccxlviij.sanctus Franciscus.in fi.lib.v.& Corneus consi.ccxj.videtur prima fronte.in col.ij.versi.his tamen non obst.lib.ij.& consil.ccvj.viso suprà scripto themate.col.vj.versi. coadiuuantur præmissa.libro iij.& consilio ccxcix. videtur prima facie.col.j.& iterum col.iiij.versi.non obstat secundum,eo.libro iij.& consi.ccxxxvj. diligenter.col.iij.versi.insuper.libro iiij.& consil.ccxxxix.in hac.colum.ij. versi. nec potest.eo. lib.iiij.& consi.ccliiij.principalis difficultas,in prin.eo.lib.iiij.

50 *Nec actio iniuriarũ.* ¶ Sextò, actio iniuriarum, vt quidam volunt,inter quos est Ioan. glossator antiquus,vt refert glo.in l.iniuriarum, ff.de iniur.& in l.vlti.C.de hære.vel act.vend. Verum glo.ipsa vtrobique videtur sentire contrarium:quam vide. & Doct.in iisdem locis.& rursus in l.si nomen, & ibi Sal.ff.de hære.vel act.vend. Hostien.in Summa,titu.de ali.iud. mut.cau.fac.§.vlt.Spec. titu.de cessi.actio.§.j.versicu.an actio iniuriarum,& ibi Ioan.And.in addi.incip.de actione iniuriarum.Petr.Iaco. in titul.de act.iniuriarum ex leg.Cornel.Alber.in l.j.colum.ij.versicu.sed quid erit.C. ne lic.poten. Bal.in l.per diuersas,in xvj.quæst.C.manda.& in d.l.vltima. & ibi Sal.C.de hæred.vel act.vend.{ Ægid.Bellem.in cap.ex parte,colum.xvij.versic.decimonono quæritur.de alien.iud.mut.caus.fact.}Fran.Are.in l.j.colum.antepenult.ff.solu.matri.Guid. Pap.in statuto,si quis per literas,in gl.vel quasi,colum.xiiij.versi.item quia actio.

51 *Nec operæ officiales.* ¶ Septimò, operæ officiales,l.si non sortem,§.libertus, versicu.vlti.& ibi Iason in decimotertio notab.ff.de condi.indeb.& l.pro hærede,§.si quid tamen,ff.de acquir.hære. & Bald.in l. liberti libertæque,colum.iiij.versi.item dubitatur,quidam promisit,C.de bon. liber.cum si. Nam & huiusmodi operæ adhærent personæ,l.operæ in rerum,ff.de ope.libe.ideò nec delegari possunt,l.vnica,§.ne autẽ,C.de cadu.tol.sed quomodo id intelligatur,vide per Bal.vbi suprà.& Alex.in d.§.libertus,in vltimo notab.& ibi Ias.vbi suprà.

52 *Nec fideicõ* ¶ Octauò, fideicommissum vniuersale,vt per d.§.ex asse,tenuit Bartol.ibi, & Bald. qui eum negat alibi reperiri, in cap.nonnulli,columna vj.de rescript.& consilio ccxix.Pepus, colum. ij.versi.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ij.versicu.præmittendum est lib.ij. {vbi tamen intelligit ante restitutionem factam.} Alex.& Iason,qui & illum text.dicunt singu.in l.si stipulatus fuerim illud,ff.de verbo.oblig.& idem Ias.in l.j.nu.96.ff.de legat.j.vbi dicit eum solennem & not.dignum, & eus rei addit rationē. De quo etiam vide gl.Dyn.& Bart.in l.qui ita.§.j.ff.ad Trebel.& Docto.in l.apud Iulianum. §.verum,& in l.seruo inuito.ff.eo.titu.Bal.in l.sancimus,in prin.C.eo.titu.& in l.ij.in j.oppos. C.de pact.Bart.in dicta l.si stipulatus fuerim,in princ.ff.de verb.oblig.& Alber.in prima parte statutorum,quæst.lxxxix.sed an proximior. *missum vniuersale.*

53 ¶Nonò generaliter nec alia iura passiua cedi quoque possunt,vt dicit Bald.in d.l.ij.in prima oppo.C.de pact.per d.§.ex asse.& l.si mandato.ff.mand.& Carol.Ruin.consi.liij.Iesu Christi, col.iij.nume.6.lib.j.Nam vt dicit idem Bal.in d.l.ij.circa medium.C.de hæred.vel actio.vend. actiones sunt in potestate nostra,sed non passiones. *Nec alia iura passiua.*

54 ¶Decimò ius immittendi mortuum in rem pignoratam concessum à lege debitori alij cedi non potest.l.ij.in fi.ff.de relig.& sumpt.funer. Ex quo dicit generaliter Ro.consil.ccccclxxxiiij. incip.hoc quod vicinus,quòd ius ex legis humanitate seu æquitate alicui concessum in re alteri obnoxia,& ad ipsius alterius incommodum cedi non potest. Et hoc erit Vndecimum. *Nec ius immittendi mortuũ in rem pignoratam.*

55 ¶Igitur duodecimò,quod non nihil ad ea pertinet,iura sepulcrorum extraneis quoque cedi non possunt,l.quia perinde, §.j.ff.ad senatusconsul.Trebel. Ioan. Fab. in §.j. columna vlti.Instit.de acquis.per arrog.Licet transeant ad hæredem extraneum,l. vel quæ,in princ.ibi,qualescunque sint,ff.de religio.& sumptib.fune.& l.ius sepulcri.C.eo.tit.{vt interim non omittas l.quædam sunt.ff.de acquiren.rer.domi.probantem monumentum cedi non posse sine vniuersitate, vti Bartol.dicit eum text.esse ad id singul.} Et vide interim l.pro hærede,§.sed quid tamen, ff.de acquirenda hæreditate. *Nec iura sepulcrorũ extraneis.*

56 ¶Decimo tertiò, quod extinctum est, cedi non potest, l.decem,ff.de verbo.oblig.& l.Modestinus,in fin.ff.de solutio.& c.ad dissoluendum,extrà de despon.impu.& quod not.in l.sed si manente,ff.de precario, & in l.Labeo,ff.de arbit.& in cap.de causis,de offic.deleg.& voluit Maria. Soc.consi.xviij.prosequendo ordinem, col.ij.lib.j.& Philip.Deci.consi.cccccij.ex duobus,in fin.Et ex hoc quoque assumitur,id quod non est,cedi non posse,gloss.quæ id declarat, in l.j.§.cum prędium,in gloss.vlti.ff.de pigno.& Iason.consilio cxxxiiij.in instrumento,colum. vj.lib.iiij.Et id erit pro decimoquarto. *Nec quod extinctum est.* *Nec quod non est.*

57 ¶Igitur decimoquintò, factum cedi non potest,l.vlt.in princ.ff.de verb.oblig.& §.sed cum factum,Insti.de stipul.seruo.& voluit.Rapha.Co.in l.j.§.vsufructuarius,qui est vlt.ff.de operno.nunt.Tamen ius,ex quo factum producitur,cedi potest,vt declarat Bar.in d.l.si stipulatus fuerim illud,in tertia oppo.& duabus seq.ff.de verb.obl.& Ias.in d.§.vsufructuarius,col.ij. *Nec factũ.*

58 ¶Decimosextò, actiones directæ, veluti affixæ ossibus nostris, nec separabiles, cedi non possunt,l.quis ergo casus,in fi.& ibi glos.& Paul.Cast.& iterum l.si Sticho.& ibi quoque glos. ff.de pecul.& declarat glos.not. in l.iij.in princ.ff.pro socio.& in l.j.& ibi quoque Docto.ff. de actio.& oblig.& Spec.titu.de cessio.actio.§.j.versi.quid si hebens directum.Alber.qui & id declarat in l.ex legato.C.de leg.Ang.consi.lxx.Ioannes olim,col.j.& iterum consil.lxxxj. domina Maria, in fi. Paul.Castr.consil.ccccxlij. videtur dicendum prima facie, col.ij.lib.j.Ioan. Plat.& Iason in §.omnium.Instit.de actio.Matth.Afflict.decis. Neapol. cccxxxv. pro decisione, col.vlti. & Docto.vbique. *Nec actiones directæ.*

59 ¶Decimoseptimò,quicquid competit contra Ius commune,cessibile quoque non est, vt voluit Ro.dicto consi.ccccclxxxiiij.hoc quod vicinus,post princ.argu.l.quod verò, & l.ius singulare.ff.de legib.& c.quæ à iure.de regul.iur.lib.vj.& idem voluit Alexand.in dicta l.j.§. vlti. ff.de oper.noui nuntia.vbi tamen addit,id procedere,cùm id concessum est,habendo (vt ipse loquitur) specialem respectum ad personam.& ante hos Bal.cuius non meminerunt in cap. de cætero.post medium.extrà de re iudic. *Nec quod competit cõtra ius commune.*

60 ¶Decimooctauò,ius merè personale aliis quoque cedi nõ potest, cùm personam ipsam non transgrediatur,secundùm Dyn.in cap.priuilegium personale.de regul. iur.lib.vj. Archidia. qui id tamen intelligit in priuilegio personali,quod non transmittitur in hæredem vniuersalem,in cap.hinc est.circa medium xvj.quæst.j.& Ange.in l.quòd si in diem.§.Iulianus.in fi. ff.de petit.hæred. & Doct. vbique. *Nec ius merè personale.*

61 ¶Decimonono,quod non longius distat à duobus præcedentibus, iura annexa certis per- *Nec iura*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

certis personis annexa in priuilegium.

sonis singulariter,& in priuilegium,cedi etiam non possunt.Bart.in l.etiam,ff.de iureiur.per l. si ex pluribus.ff.de administ.tut.& l.non solùm,§.si puellæ,ff.da ritu nupt.& argumen.l.cerdonem,ff.de oper.libert.

62 *Nec facultas expellendi, vel recuperãdi possessionẽ propria autoritate,ex quorũdam sententiis.*

¶Vigesimò, facultas expellendi alium à possessione vel detentione, siue occupandæ vel recuperandæ possessionis propria autoritate, vt voluit Bald consilio ccccxxxvj.quidam creditor, col penul.versic.quartò præmittendum est,libro iij.per l.non est singulis.ff.de reg.iur.& glos. in l.cùm fundum.ff.de vi & vi arma.vbi & idem voluit Alber.& Lucas Pen.in l.vlt. col.ij.C. de præd.cur.libro x.Pet.Anch.consil.cclxxiiij.ad declarationem,colum.ij.vbi & eam citat.& Ro.dicto consi.ccccclxxxiiij. hoc quod vicinus.versi.tertiò idem probatur.Raph. Co.in dicta l.j.§.vsufructuarius,qui est vlti.ff.de oper.noui nunt.motus ea ratione,quoniam id factum est, quod cedi non potest,vt suprà diximus nume.abhinc 5.{& alij, quos tibi citabimus infrà eodem §.glos.iij.nume.18.}

63 *Qui cõtrariũ tenent.*

¶Sunt tamen multi,qui contrarium tenent,vt Bart.Ange.Imo.Ro.sibi contrarius,Pau.Castr. & Ias.qui respondet rationi Rapha.{Alex.qui dicit ita communiter teneri.} & cæteri Recentiores in dicto §.vsufructuarius per illum tex.ex quibus Barto.dicit, nescire se alium text.qui hoc melius probet. {Roma.autem de hoc dicit esse tex.in l.metum.§.sed licet.ff.quod metus cau.vbi dari potest pecunia alteri vt me à violentia vindicet:& in l.si quis in seruitutem.ff.de furt.& in l.deuotum.C.de metal.lib.xij.& c.non est ferenda. & c.fortitudo. xxij.q.iij. & cap. sicut dignum.dè homic.& c.dilecto.de sent.excom.lib.vj.& glos.in c.quanto. extrà eo.titu. Et idem quoque tenuit.} Ange.adducit etiam tex.similem in l.j.§.pen.ff.de remis.quanquàm dicit neutrum tex.hoc bene probare.& Bal.sibi etiam contrarius,in l.iij.in fi.& ibi quoque Ang. C.de pign.& idem Bal.in c.j.tit.de feud.non hab.propri.nat feud.& in c.j.§.si quis verò.le j. titu.de pace iuram.firm.Ange.in l.si eius.ff.ad Senatusc.Trebel.& in d.l.quòd in diem.§.Iulianus.in fi.ff.de petit.hæred Pau.Cast.consi.lix.viso puncto,ad fi lib.ij.Imo.& Franc.Aret in l.si ita stipuler.per te non fieri.ff.de verb.oblig.Ang.Are.in §.actionum autem col.x.versic. quæro an istud ius,Instit.de actio.& in §.præterea,le ij.col.xxij versi. postquàm vidimus de procuratore.Instit.de excep.Guid.Pap.in statuto Delphin.incip.si quis per literas,in glos.j. col.vj.ver. sed in casibus.& iterum in verbo,vel quasi.col.xiiij.versi.item si quis autoritate.Socin. consilio clxvij.non inutilis.colum.penul.versi.sed circa hanc.lib.ij.Barb.dicto consi. lj. vbi suprà.lib.j. Carol.Ruin.consil.xlvij.in causa.colum.iiij.versi.nec obst.dum dicebatur,libro iiij. & consilio lxxxviij.quia de quampluribus,colum.j.nume.4.lib.v.Philip.Dec. consilio cxcj.in causa quæ agitur inter magnificum,col.penul.versi.septimò quod suprà dictum est.& consi.ccccxlix visis duobus,col.vlt.versi.viij.Et faciunt,quæ dicam infrà eo.§.in vlti.glos.nume.24.vigesimo-septimò ius capiendi.

64 *De eodem.*

¶Et in hanc quoque partem multi citant glos.in d.l.cùm fundum.ff. de vi & vi arma.quam Bal.vti diximus citarat in contrarium.Ea autem videtur voluisse,ius alteri competens, vt possit incontinenti expellere inuasorem,posse alteri cedi.Et ita eam intelligit,& sequitur Bart.ibi. & Bal.in c.vlt.col.ij.extrà de iura.calum.vbi eam dicit sing,& in c.j.§.j.tit.de pace iura.firman. Fran.Are.& Ias.in d.§.vsufructuarius.& Fran Are.in d.l.si ita stipuler. per text. & omnes vbique.Sed & Bal.consi.ix.ad euidentiam dicendorum.col vlti.versi.nonò,lib.iij. ad hoc citat, vt quod licitum est facere, licitum est & alteri mandare id fieri, ideóque (inquit) si licitum est bannitum occidere,possum & alteri mandare vt occidat.

65 *Nec iui vindictæ.*

¶Sed caue,nam ea glos.videtur tenere priorem partem.pro qua etiam à multis citatur. Nam cùm primo loco dixisset,quòd sicut licet domino per se incõtinenti recuperare possessionem, sic & per alium:mox subdit,vel secundùm Ioan.non licet ei per alium hoc facere:& nihil præterea de hac re dicit,tanquam illam posteriorem sententiam sequi videatur, secundùm glos. ab omnibus approbatam in l.qui filium.§.Sabinus. in glos.vlti.ff.ad S.C. Trebellia. Ideóque multi ex illa glos.in d.l.cùm fundum.assumũt,ius vindictæ alteri cedi vel delegari non posse.Et inter alios Bal.in l.ad officium.ad fi.C.commu.diuidun.& in l.accusationis.in fi. & ibi Alex.etiam in fi.C.quod met.cau.& in l.ij.col.antepen.versi.& no.quòd quædam,C.de serui. & aqua.in repet.l.j.colum.antepenult.versic.sed quid dicemus, statutum. C. vnde vi. & in l. Gracchus,C.de adult.& in l.vt vim.colum.iiij.ff.de iusti.& iure.& in l.duobus.§.à fideiussore.ff.de iureiur.& in dicto cap.j.§.j.titu.de pace iuramen.firman.& in dicto cap.vlti. col.ij.extrà de iuramen.calum.vbi eam dicit solennem,& in cap.ad nostram.circa medium.de probat. vbi & eam dicit singul.ad hoc,vt potestas gladij alteri demandari non possit.& in cap.de cætero.post medium,de re iudic.& in cap.dilectus.colum.vlti.de appellat.vbi ex ea dicit,quòd in duello non est licitum alium substituere.& in cap.ij.colum.ij versic.pone statuto ciuitatis, de vita & honest.cler.& consi.ccccxxxvj.quidam creditor,col.pen.versi. præmittendum.lib.iij.

Paul.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Paul.Cast.in l.si cùm dotem,§.transgrediamur.& ibi latè Alex.col.iiij.ff.sol. matr.idem Pau. consi.j.videtur dicendum,quòd dictus Christophorus,col.j.lib.j.Ro.in l.iij.§.si maritus. {post princ.} ff.de S.C.Syllania.& dicto consi.ccccclxxxiiij.Ioan.Ana.in c.ij.in fi.de homi. Francis. Are.in dicta l.si ita stipuler,per te.ff.de verb.oblig.& in l.vlt.in prin.col.vlt.eo.titu.Barb.in l.j. §.si quis ita,col.xv.versi.item vbi actus.ff.eo.quoque tit.Ange.Are.in tracta.malefic.in verbo, *che me hai adulterata la mia donna*, nume.64.an maritus posit. & ibi Bern.Laud.& Augu. Ari.in addit Franc.Curt.senior consi.lxxx. super articulo, col.j.Feli.in c.quæ in ecclesiarum, col.iiij.versi.cęterùm quia de validitate,extrà de constit.& in c.vlt.§.is autem,col.j.versi.vtrùm partes,de offic.deleg.& in c.si verò.le j.col.j. in fi.de senten.excom.{& Paris Pute. in tracta. Syndic.in verbo, familiaris. post princ.} Et ita quoque voluit Bart. nulla illius glo. mentione facta.in l.non solùm,§.si mandato.col.j.in fi.versi.circa primum dic,ff.de iniur. {Et id verum est,& probatur ex l.seruus si hæredi.ff.de statuliber.quem & in hoc expendit Ro.in d.l.iij.§.si maritus.ff.de S.C.Syllan.licet ipse Roma.ibi contrarium tenuerit in dicto §. vsufructuarius, col.j.versic.quæro an ius.}

66 ¶Vides ergo ex suprà dictis,quòd cùm quæritur de iure ingrediendi,vel occupandi,siue recuperandi propria autoritate,communior opin.est id ius cedi posse. Si autem de iure vindictę, contrà cedi non posse,& ad vtrunque allegatur ea glo.in d.l.cùm fundum.tanquam vtrũque voluerit, cùm tamen nihil aliud scripserit,quàm quod suprà diximus. Sed illud primum de iure ingrediendi, intellige,modò is,cui illud ius cessum est, ipsum exerceat ciuili modo sine atrocitate, vt dicit Bal.in dicto c.j.§.j.titu.de pace iura.firm.per d.l.non est singulis.ff.de regu. iur.quem sequitur Alex.qui & hoc quoque intelligit solùm procedere contra non resistentem de facto,per tex.in dicto §.vsufructuarius.Id que dicit clarè voluisse Barto.in l.iij.in iiij.quęst. C.de pignor.vbi Barto.non loquitur de cesionario, sed de eo cui proprio iure & ex pacto hoc ius ingrediendi competit, vt videlicet contra resistentem id non posit exercere.De quo latissimè per Iaso.in l.ij.col.xxx.versic.pro clara intelligentia,cum v.col.seq.C.de iure emphyt. Et ego in hac re nihil video interesse inter eum, cui primo loco & ex proprio iure & capite id ius pertinet, & cessionarium eiusdem, nisi quòd impunè non resisteretur priori: posteriori contrà, nisi fidem primùm fecisset de ipsius cessione, iuxta ea quæ dicam infrà,glo.iij.huius §.nume.44 illud denique. *Ius ingrediendi ciuili modo exercendum.*

67 ¶Intellige secundò,vt id ius ingrediendi cedi posit, modò etiam cedatur personalis actio, ad cuius executionem venit id ius: nam sine ea actione competere non posset, ex eo quod notat Bart.in dicta l.iij.C.de pign.cùm tractat, an illud ius transeat in successorem. Et ita consuluit Carol.Ruin.in quodam consilio,cuius meminit Dec.dicto consil.ccccxlix. visis duobus, col. vlti.ex hoc inferens,quòd si ipsa actio personalis fuit sublata solutione, aut alio modo, non poterit id ius cedi.Cui non contradicit ipse Dec.sed tantùm contendit in ea specie actionem non fuisse sublatam.Et huc spectat,quod statim dicemus, actionem hypothecariam cedi non posse,sine actione personali. *Quid si id ius cedatur sine personali actione.*

68 ¶Et hæc quidem de priore illo iure ingrediendi siue occupandi propria autoritate. Secũdum autem,quod de iure vindicandi est,quod diximus alteri cedi non posse, intelliges etiam multis modis.Primò quidem,vt non procedat,cùm pater filio id ius cederet.Id enim haud dubiè posset,per tex not.quem ad hoc not.Bal.& Sal.in d.l.Gracchus,C.de adul. Bar.in d.l.non solùm.§.si mandato,col.ij.versi.circa primũ,ff.de iniur. Alex.& Iaf.in d.§.vsufructuarius. & Caro.Rui.consi.lxxij.viso,ante fi.lib.j.cum aliis multis concor.à me latè congestis in repet.l.si vnquam.in præfa.nu.16.ex quibus illud fit,C.de reuoc.don.vbi videre poteris. *Pater an ius vindicta posit cedere filio.*

69 ¶Et id fanè ampliat Claud.Seyssel.in repet.l.vt vim.col.xcij.in paruis.vers.succedit alia quæstio.ff.de iust.& iur.vt procedat non solùm in filio,sed & in aliis,quibus necesse est parere,saltẽ de honestate,vt in seruo,vasallo,& similibus,per tex.in d.l.Gracchus.cũ dicitur, qui patri paruerint:quod quidẽ verbũ,inquit,& his cõuenit.dicitq; hoc esse de mẽte Bar.in d.l.nõ solùm. §.si mãdato.Sed certè Bar.ibi id velle nõ videtur,sed potius contrariũ,dum de filiis tantùm loquitur,sicuti & alij omnes de hac re loquentes.nam & d.l.Gracchus.de filiis etiam tantùm loquitur,nec est extendendus ille tex.ob verbum.paruerint,cùm longè sit dissimilis ratio filiorum,atq; cęterorum,cùm filius censeatur eadem persona,l.vlt.C.de impu.& aliis subst.& latè diximus in d.l.si vnquam.in præfat.nu.15. sed quis hunc parentum affectum. Ideoque & cùm electa est industria personæ,filius delegari potest,l.sciendum,§.legati.ff.de legat.de quo etiam diximus in d.nu.16.allegato in præced.versi.Et hanc esse rationem specialitatis in filiis in casu d.l.Gracchus.expressim tradit Felyn.in c.quæ in ecclesiarum,col.iiij.versi.hoc intellige,de constit.quæ non potest habere locũ in cæteris. Sed & d.l. Gracchus est exorbitans & contra regulas Iuris communis,vt dicit Alexand.in d.§.vsufructuarius. & statim dicemus. Ideo etiam si *De eadẽ re.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

esset similis quædam ratio in cæteris subditis, quæ in filiis, non esset tamen extendenda, l. si verò. §. de viro. ff. sol. matri. cum simili. b. Denique si d. l. de cæteris. vt de filiis voluisset, æquè de illis statuisset, l. vnica. §. sinautem ad deficientis. C. de cadu. tollen. & c. inter corporalia. post medium, extrà de transla. præla. cum simi. à me collectis in d. l. si vnquam. in verbo, libertis. nu. 2.

70 *Quid de iure vindictæ, competente de iure cõmuni.*

¶ Secũdò intellige, quod dictũ est, ius vindictæ cedi non posse, vt procedat, quando id ius cõpetit ex priuilegio cõtra regulas Iuris cõmunis à lege, statuto. vel principe cõcesso: vt in casu d. l. Gracchus. secus si cõpetat de iure cõmuni, vt sentit Alex. in d. §. vsufructuarius. & in d. l. si cum dotem, §. transgrediamur. col. pe. ff. sol. matr. & clarius voluit Fel. in d. c. quæ in ecclesiarum. vbi suprà, dicens hoc casu succedere regulam, Qui per alium facit, per seipsum facere videtur. & Augu. Ari. in addi. Ang. Are. in tract. malefic. in verbo, *che me hai adulterata*, nu. 64. inci. an maritus posit. & nouissimè Seyssellus in d. l. vt vim. loco nuper allegato, adducens quod in simili habetur in l. j. in prin. ff. de offic. eius cui manda. est iurisd. vbi causæ quæ ex speciali priuilegio personæ competunt, non possunt delegari. Et ante hos voluit Sali. à nullo eorum citatus in l. non ideo minus. col. iij. versi. quæro igitur primò, an in delictis, C. de accus. & Steph. Feder. in tract. de legum interpretatione, parte vlt. char. v. versi. an liceat patri conuocare.

71 *An cui ius vindictæ cõpetit, possit secum socios & amicos adsciscere.*

¶ Tertiò intellige, vt licet is, cui huiusmodi ius vindicandi competit, non posit illud alteri cedere, aut demandare: potest tamẽ secum socios & amicos sibi adsciscere, & adhibere huius vindictæ executioni, quam sine illis peragere tutò non posset. Quia cui aliquid conceditur, videtur etiam concedi, vt faciat cum amicis & familiaribus, sine quorum ope id facere non potest. l. si stipulatus fuero per te non fieri. ff. de verbo. oblig. & concesso aliquo, concessa videntur ea, sine quibus id fieri non potest. l. ij. ff. de iurisd. omn. iud. cum simi. Ita voluit Bal. in repe. l. j. col. antepen. versi. sed quid dicemus, statutum permittit, in fi. illius quæstionis, C. vnde vi. & in dicto c. vlt. col. ij. extrà de iura. calum. & in d. c. de cætero. de re iudic. & consi. cccxxxj. quia in accusatione, col. ij. versi. septima ratio, lib. j. Pau. Cast. post Iac. Butr. in l. refectionis. per illum tex. in illis verbis, ego fabrique mei. ff. commu. præd. Cepol. in tract. seruit. vrba. tit. xxiij. qui huiusmodi est, qualiter quis vti debeat seruitute, col. vlti. vbi dicit ita se obtinuisse in statuto Veronensi permittente patri, fratri, marito eum occidere, quem comperierint turpiter cõuersantem cum filia, sorore, vxore. Et idem dicit ipse Cæpo. cau. criminalium consi. iiij. visa querela producta, col. iij. versi. secundò similiter: vbi id dicit singul. & iterum consi. lxxiiij. viso statuto. col. vlt. & Ias. in l. ij. col. ij. ff. de iurisd. omn. iud. & in d. §. vsufructuarius. col. iij. versi. secundò not. limita. vbi dicit id not. Caro. Rui. consi. j. reuocatur. col. j. nu. 1. lib. v. & Franc. Ripa in l. ij. §. voluntatem. col. vj. nu. 30. ff. solu. matr. & Hippol. Marsil. consi. xvj. in clina cor meum. col. antepe. Et ita intelligendus est Pau. Cast. in l. raptores, col. ij. versi. an posit consanguineus, C. de epis. & cler. {Et non obscurè ante hos omnes idem voluit Cyn. post Iaco. Raue. & Pet. in d. l. j. col. vlt. versi. vlterius quæro. C. vnde vi.}

72 *De eadẽ re.*

¶ Tamen aduertendũ est, quod Bal. in d. l. vt vim. in vj. q. ff. de iust. & iure. videtur tenere contrarium, saltẽ quantùm ad id, vt socij ipsi manualiter, vt ita d. cã. id faciãt. Dicit enim, quòd socij offensi nunquam possunt admouere manum ad vindictã: quia hec permissio est personalis, & statutũ se restringit ad offensum, nec egreditur personã. Bene (inquit) possunt eũ comitari, eique adesse: nec propterea tenẽtur de sociatione, vel fauore. Quod dictum cùm retulisset Ias. in d. §. vsufructuarius, subiicit, quòd fortè ista opinio est tutior: tamen in criminalibus tenendam esse mitiorem opi. ad absoluendum, iuxta l. de interpretatione. & l. sanctio legũ. ff. de pœnis, cum simi. Steph. autem Feder. in dicto tract. de legum interpretatione, parte vlt. char. 3. ver. ex quo decidi potest, tenet, quòd si ex statuto vindicta alicui sit permissa, non licet amicos in id adsciscere, quia est contra rationem l. nõ est singulis. ff. de reg. iur. & l. j. C. ne quis in sua causa iud. quod monet notandum ad limitationem gl. in d. l. cùm fundum. ff. de vi & vi arm.

73 *Quid de iure vindicandi cõpetente ex ciuili actione.*

¶ Quartò intellige, quod diximus id ius vindicandi cedi non posse, vt scilicet procedat, nisi id ex ciuili tantum actione cõpetat: nam tũc cedi potest, vt traditũ est à Bal. in l. per diuersas. col. vlt. in xxvj. q. in fi. C. mand. per not. in l. vlt. C. de hær. & act. vend. Et cum his duos casus expediumus, scilicet de iure ingrediendi, siue occupandi, vel recuperandi propria autoritate, & de iure vindicandi. Sunt autem, ne id omittam, qui tenent id ius vindicãdi indistinctè cedi posse. & inter hos Ro. in l. j. §. vlt col. j. in fi. ff. de ope. noui nunt. per l. meum. §. sed licet, ff. quod met. cau. vti eum tex. in præced. quæst. deduxerat. Et id quidem erit Vigesimumprimum.

74 *Actio hypothecaria an sine personali cedi possit.*

¶ Vigesimò igitur secundò actio hypothecaria sine personali cedi non potest, cum illa eius sit accessoria. Ita voluit glo. in dicta l. vlt. in verbo, pateat. C. de hæred. vel actio. vendi. Sed quia super hoc non inter omnes conuenit, vide Cyn. Alber. Bald. Salic. & alios ibi. & glo. in l. vitucapio. & ibi Cyn. Bal. & alios, C. de pigno. & in l. si pignori. & ibi Bal. in vtraque lect. & Florian.

col. iij.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

col.iij.ff. fam.ercis.Dy.& Bar.in l.fideiussor obligari.in prin.ff.de fideiuss.Spec.tit.de cessi. act. §.j.versi sed quid si cessi hypothecariam.Bal.in l.j.§.cùm prędium.ff.de pign.& in l.fideiussor. §.creditor.in fi.ff.de nego.gest. {& consil.ccxlviij.præsupponendum est, quòd ista.} & in sua Margar.in verbo,cedere.col.j.Sal.in l.si à creditore.C.de actio.& oblig. {Ægid. Bellem.in c. ex parte,col.xij.vers.sed nunquid potest cedi.de alie.iud.mut.cau.fact.} Pau.Cas.consi.ccxxix. venditio ista,col.vlt.lib.ij.& Caro.Rui.consi.cxcij.super eodem, col.j. lib.j.

71 ¶ Vigesimotertiò,ius alimentorum futurorum cedi etiam non potest, ex sententia Barto.in l. cùm Titio.ff.ad leg.Falcid.Nam id ius (inquit) cohæret personæ:& alia sunt alimenta in persona vnius,& alia alterius.& sequitur Fabia.in tract.emp.in xxj.q.iiij.quæst. princ.vbi hoc latè tractat,simul cum iure vsusfructus.de quo suprà diximus.Et idem quoque de iure alimentorum,voluit Bald.in l.j.col.vlti.versicu.modò ego quæro.C.de priuileg.dot. Et Panorm. loquens de eo iure quod competit patronis, in c.præterea.in fi.extrà de iure patron. & Francis. Curt.senior consil.lviij.summa totius,col.ij.& Ias.in l.si constante.colum.vlt.versi.item ius futurorum.ff.solu matrimo. *Ius alimentorum futurorum cedi non potest.*

76 ¶ Vigesimoquartò,facultas eligendi.d.l.si stipulatus fuerim illud.ff.de verb.obliga.& ibi latè per Bart.& alios Doct.tam Antiquiores,quàm Recentiores,& inter hos Ias.qui hoc latissimè declarat,& multis modis limitat,vt ibi per eum videre licet,& l.vlt.in princ.& ibi Paul. Castr. & Franc.Are.col.vlt.qui & id optimè declarat eo.titu.De quo etiam vide Bart.in l.si sit legatum.§.si quis ita.ff.de legat.j.& dicemus aliquid infrà eod.§.in glo.iij.verbo, *du conuentionel*, nu.33.trigesimoseptimò ius eligendi. *Nec facultas eligēdi.*

77 ¶ Vigesimoquintò,facultas declarandi cedi etiam non potest,secundùm glos.in l.idem Pomponius scribit.§.vlti.ff.de rei vend.glos.Barto.& alios in l.inter stipulantem.§.j.ff.de ver.obli. & ibi concord.per recentiores. *Nec facultas declarandi.*

78 ¶ Vigesimosextò,vasallus,siue cliens,inuitus à domino alteri cedi non potest:siue ius vasallagij,aut (vt melius loquamur) clientelæ cedi alteri non potest,inuito vasallo, siue cliente, c.j. §.prætereà ducatus.titu.de prohib.feud.alien per Feder.c.j.§.ex eadem.& ibi Mart.Laud.circa medium,titu.de lege Cornel.glos.in l.inuitus.in princ.ff.de fideicom. liber. Hostien. Ioan. Andr.& alij in c.dilecti.extrà de maior.& obed.& Alber.post Ray.in l.ij.col.antepenul.versicu. primum est.ff.solu.matr.De quo tu vide latè per Ioan.Ardiz.in Summa,sub rub.vtrùm dominus inuito vasallo potest ius,quod habet in eo, in alium transferre. & Cyn.& Alber. in l.j. C. de nouatio.& Bald.in l.j.col.vj.versicu.vasalli tamen.ff.de seruis fugit.& in l.si nominis. C.de donat.& in l.in testamento.C.ad leg.Falcid.& in cap.j.§.si quis miles.in j.nota.per illum text. titu.quo tempo.miles.& latè consi.cccxxvij.pridie,col.ij.versi.vltimò sciendum.lib j. & consil. xcvij.proponitur quod domini,per totum.lib.iij. Roma.consil.xxvj.pro decisione. col. vlti. & Guid.Pap.decisio. Delphin.cccccclx.dominus Odo, cum aliis multis concordan. adductis ab Alexan.& Iaso.in l.si non sortem.§.libertus illo,col.vlt.versi.& hæc faciunt:hoc col.x. versic. adde etiam.ff.de condict.indeb.& eodem Alexan.in addit.Bal.in dicta l.si nominis.& Fran. Are.in l.ij.in princ.col.vlti.ff.solu.matrimo.Barbat.in c. ad quæstiones. col. j. extrà de rerum permut.Ias.consil.lvj.circa primum, col.j.lib.j.& Feli.in cap. dilecti. de maior. & obedien. & Recentioribus in l.filiusfamiliâs.§.diui.ff.de legat.j.& Franc. Curt. iuniore in tracta. feudorum, in sexta parte, col.j.versic.secundò quæro.& Anto. Rub.consil.xcvj.quæstio mihi proposita.& Carol.Molend. in consuetud. Parisi. titu.j.§.j. glos.iij. in iij.quæst. & omnium latissimè Ioan.Neuiza.inter consil.Alber.Bru.consil.xij.patres,propè per totum. Et an id procedat in regno Franciæ, videbis apud Bened. in repet.cap.Raynutius.in verbo, duas habens filias.nume.69.de testamen. *Nec ius clientelæ inuito cliēte.*

79 ¶ Vigesimoseptimò,ius siue facultas iurandi,alteri item cedi non potest:vt dicit Bald. consilio cccxiiij.vtrùm dictus contractus,in quarto dubio,lib.v.nam iuramentum est personale, nec transit ad hæredes,l.generaliter.in prin.C.de reb.cred.& not.in c.veritatis.extrà de iureiuran. Ex quo,si aliud non esset, satis probaretur & id in alium non posse transferri,per ea quæ diximus suprà ead.gl.nu.47.tertiò bonorum possessio.Vtrùm tamen id sit perpetuum, vt facultas iurandi non transeat ad hæredem,videbis suprà,§.ij.gl.ij.nu.2.& seq. *Nec facultas iurādi.*

80 ¶ Vigesimooctauò,ius ætatis etiam cedi non potest,§. finitur. Institu.de vsufructu. Bald.in l.cùm in antiquioribus. colum.penulti. versic. secundò sic, ius quod non est,C.de iure deliberan.per text.in l.peto.§. prædium. ff.de legat.ij.& §.vlti. Institu.de vsufruct. & alia quædam iura, de quo & nos diximus in nostro tractatu Primigeniorum, in xl.quæstio.in quarta ratione pro patruo. *Nec ius ætatis.*

¶ Vigesi

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

81 ¶ Vigesimononò priuilegium tacitæ hypothecæ, quod habet mulier, atque etiam id priuilegium, vt præferatur cæteris creditoribus, cedi non potest. Nam si mulier cedat alteri actionē ad repetendam dotem, is non habebit id priuilegium, Bal. in l.j.col.iiij.versi. quærunt Docto. de pulcherrima quæstione, C. de priuil. dotis. & sequitur Iason, qui id dicit singu. in l. cùm fundus, §.j. col. pen. versic. & an sit differentia, ff. si cert. pet. & idem voluerunt Ioan. Fab. & Nicol. Neap. in §. fuerat. Instit. de actio. Alb. post Dyn. in l.j.col. vlt. ff. sol. mat. & Imo. in l. post dotem. col vlt. ff. sol. mat. Et licet non loquamur in casu, quo expressim facta fuit cessio cum dicto priuilegio: tamen satis ostendunt id fieri non posse. Sed tu tamen super hoc vide Bart. distinguentem in d. l. post dotem. col. vlt. & ibi quoque Ro. {col. xx. vers. succedit tamen alius.} & Alexan. atque etiam Pet. Cyn. Alb. Bar. & Sal. in d. l.j. C. de priui. dot. Bal. consi. cclxxxix. Antonia, in fi. lib.j. Ang. & Imo. in d. l.j. in vij.q. ff. sol. mat. Pau. Cast. consi ccxxij. super secundo, in tertio dubio. lib.j. Ang. Are. in d. §. fuerat. col. xij. versi. in eadem gl. ibi sed nunquid Socin. consi. clxxj. diu profectò, col. vlt. lib.j. & Matth. Afflict. decis. Neapol. cccvj. vir & vxor, nu 6. & ante hos Cyn. in d. l.j. de priuil. dot. & in l. assiduis. in fi. & ibi quoque Alber. paulò ante fi. C. qui pot in pig. hab. At id priuilegium nuncupatim cedi non posse, tenuit {Roma. super hoc tamen distinguens, in d. l. post dotem. col. xxij. versi. sed pro complemento.} Franc. Rip. in l. quæsitum. §. si sponsa, col. iij. nume. 18. ff. de priuil. cred.

Nec priuilegium tacitæ hypothecæ.

82 ¶ Trigesimò, ius quod tu mihi semel cesseris, alteri amplius cedere non potes, l. per quem. & ibi Floria. ff. de seruit. rustic. prædio. l. non quocunque. §. qui Caium, & ibi Iacob. Aret. & Bar. qui id declarat, ff. de legat. j. & l. qui duos. ff. de legat. ij. & l. ij. & l. si damnatus. ff. de liber. lega. Bald. in l. mutari. § planè. paulò ante fin. ff. de procur. vbi dicit in id not. tex. in d. §. qui Caium. & consil cxxxiiij. quidam dominus de Crescentia, ad fin. lib. ij. & consil. ccxvj. fuit quidam nobilissimus. col. ij versic. super eo autem. lib. ij. {& consil. ccxlviij. præsumendum est, post medium versicu. si verò processit, lib. iij.} Iura enim vtilia per cessionem funditus atque radicitus euelluntur à cedente, vt not. in l. ex asse. ff. ad Trebel. Sed id qualiter intelligatur, vide etiam per Floria. vbi suprà. Sed præter eum alio modo intelliges, videlicet cùm cessiò pura est: secus si conditionalis, vt declarat Bald. consil. ccxlviij. præsupponendum est, quòd ista domus, post medium, lib. iij. vbi & idem dicit, si non sit conditionalis, sed ob certam causam finalem, ibi vide.

Nec ius semel alteri cessum.

83 ¶ Trigesimoprimò, ius repetendi dotem constante matrimonio, marito vergente ad inopiam. Bald. in l.j. col. vlti. versi. modò ego quæro. & ibi quoque Salyc. col. ij. in princ. C. de priuileg. dotis. Bald. Nouellus, in tracta. dotium, in vlti. parte, col. xxvj. vbi tamen limitat. & Francis. Curt. senior in auth. quod locum. C. de collat. & latè consi. lviij. summa totius, per totum. vbi respondet quibusdam contrariis: & ampliat, etiamsi interueniat iuramētum: & declarat, quomodo id sit intelligendum. & Iason in l. si constante. col. pen. versi. vltra quatuor. ff. solu. matri. Quanquàm contrarium voluit Bald. sibi contrarius in dicta auth. quod locum. in ix.q. & ibi quoque Roma. ad fi. & Corne. & Philip. Dec. in prin. per text. illius auth. in illis verbis, solam actionem. licet inanem, conferens. & subobscurè Spec. titu. de empt. & vendit. §. tertio loco, in prima forma instrumenti, colum. j. Et vide quæ dicam infrà in eodem §. in glos. vlti. nume. 7. sextò, quod & huc.

Nec ius repetendi dotem.

84 ¶ Trigesimosecundò, ius accusandi alium de priuato delicto etiam alteri cedi non potest: vt placere video Bal. in l. per diuersas. col. vlt. in xvj.q. C. mand. Sed contra id facit tex. in l. quòd si in diem. §. Iulianus. ff. de petit. hæred. vbi interdictum vnde vi, cedi potest. Ex quo not. Bartò. ibi, actiones ex delicto descendentes cedi posse. De eo autēm interdicto plenius dicemus infrà, eo §. in glo. iij. eadēmque vlt. nu. 18. vigesimò interdictum recuperandi. & vide etiam quæ dicam in ea. glo. nu. 11. duodecimò ergo. & iterum nu. 39. quadragesimoquintò.

Nec ius accusandi de priuato delicto.

85 ¶ Trigesimotertiò, actiones populares. l. si cui. ff. de verb. sign. & l. qui populari. & l. pen. ff. de popul. actio. & Alber. per eos tex. in l. vlti. col. ij. versi. quid de aliis actionibus. C. de hæred. vel actio. vend. id tamen intelligens, post Vber. Bob. si ratione commodi vel damni publici competat, non si priuati. arg. l licet. & l. non cogendum. §. qui ita de publico. ff. de procur. & l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiur.

Nec actiones populares.

86 ¶ Trigesimoquartò, condictio in re aliena, nec alteri quidem cedi potest. l. quòd sæpe. §. si res. ibi, videbimus. & ibi gl. in verbo, habere. in prin. & Sal. ff. de contrah. empt.

Nec condictio in re aliena.

87 ¶ Trigesimoquintò, potestas gladij, aut cuiuslibet alterius coërcitionis ad alium transferri non potest. hæc sunt propria verba l. nemo potest. ff. de regul. iuris. quæ deprompta sunt ex l. solet. post princip. ff. de offic. Proconf. quibus in locis vide Docto. vt intelligas, quomodo hec intelli

Nec potestas gladij.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

intelligenda sunt, præsertim verò Philip. Dec. in priori loco, vbi post alios Antiquiores à se citatos declarat, quæ sit huiusmodi potestas.

88 ¶ Trigesimosextò, vsus alteri quoque cedi non potest. l. item. §. j. ff. commu. diuid. & l. sed neque. & l. denique. ff. de vsu & habit. & aliis compluribus locis eius tit. ex quibus etiam facilè intelliges, nec vsus quoque commoditatem alteri cedi posse, quamuis aliud sit de vsufructu, vt suprà diximus nu. 46. secundò vsusfructus. *Nec vsus. Nec eiusdem cõmoditas.*

89 ¶ Trigesimoseptimò, nec habitationis ius, nec eiusdem commoditas alteri item cedi potest. l. si habitatio. in prin. & aliis compluribus, ff. eo. tit. de vsu & habit. *Nec ius habitationis.*

90 ¶ Trigesimooctauò, ius exigendi portorium, siue vectigal ex priuilegio principis, non potest alteri cedi, sine ipsius consensu. Bald. subdubitans in l. in diem. in fi. per eum text. ff. de aqua plu. arcen. quem sequitur Firmianus in tractatu gabel. in prima parte, quæst. xiiij. & Francis. Rip. libro ij. Respon. c. xxiiij. Carolus, nu. 7. *Nec ius exigendi portorium.*

91 ¶ Trigesimononò, cedi non potest actio aduersus fideiussorem, sine cessione principalis actionis: vt per multa iura tradit Alber. post Dyn. in l. fideiussor obligari. in prin. ff. de fideiuss. & in l. ij. C. de luit. pign. & in l. vlt. C. de hære. vel act. vend. *Nec actio aduersus fideiussorẽ, sine principali actiõe.*

NON ESTANT DVDICT LIGNAGE, QVI NON SIT EIVSDEM GENTIS, GLO. II.

1 NAM alteri consanguineo cedi potest, nimirum cessante ratione prohibitionis, vt expressè voluit in hoc casu Seba. Neapod. in tract. de Iure congrui, & iterum in constit. incip. si ex vno. in verbo, vnius. & Matth. Afflict. in tracta. de iure protomixeos, in prin. col. antepen. versic. vltimò notandum ex tex. & Pau. Castr. in l. ad officium. in fi. C. commu. diuid. & Ro. in statuto huic simili loquens, consil. cccclxxxiiij. hoc quòd vicinus, in fine, dum dicit, id ius prælationis, competens vicino, non posse cedi alteri, non eiusdem qualitatis: quæ sunt propè verba nostræ consuetudinis, quasi ei, qui esset eiusdem qualitatis, cedi posit. Carol. Rui. consil. xlvij. in communi, col. iiij. versic. nec obst. dum dicebatur. lib. iiij. & D. Boër. decisio. cxxxix. alia sua quæst. in fi. & Ioan. Coras. Miscel. libro iij. cap. iij. paulò ante fi. Et est similis in hac re consuetudo Burgundiæ, hoc eo. tit. cap. vj. & Borboniæ, c. cccclvij. Niuernienſium, hoc item tit. c. xxiij. & Comitatus Burgundiæ, tit. *reachapt*. c. x. Et id quidem ex legibus Mosaicis obseruabatur, vt proximior id ius remotiori cedere posset, vt apertè colligitur ex iiij. c. Ruth. Et ad hæc faciunt multa, quæ scripsimus suprà eod titu. §. xj. in glos. vj. in verbo, *s'il est le plus proche*. Et quod in simili tradit Paul. Castr. consil. ccxliij. super primo dubio, lib. j. de quo {quidem illius dicto & nos} dicemus in glos. vlti. huius §. nume. 34. incip. quadragesimo. *Retractus alteri consanguineo cedi potest. Consuetudines. Mosis lex.*

2 ¶ SED an si consanguineus fortè omnium proximus, id ius retractus alteri consanguineo remotissimi gradus cesserit, (quod potest in præiudicium emptoris, vt hîc dicitur) posit tamen in præiudicium alterius consanguinei proximioris eo, cui cessit, ita scilicet, vt hic proximior, qui adhuc est intra annum venditionis, non posit venire ad retractum. Et ego arbitror huic nullum præiudicium factum ex huiusmodi cessione, tum ex multis, quæ diximus in dicto §. xj. vbi nuper citauimus, tum quoque, quia alioquin esset liberum proximiori cæteros post se proximiores hoc iure priuare, cedendo remotiori: quod minimè ferendum est. l. non debet. ff. de regu. iur. & ibi concor. in glos. Nam ista iura gratificandi nunquam competunt nisi in casibus à iure concessis, veluti in l. fœminæ, §. vlti. C. de secun. nupt. & l. si quis in graui, §. si cùm omnes. ff. de senatuscon. Syllan. vt tradit Franc. Are. post alios consi. cxlij. ex facto. col. penul. versi. præterea dato. *Sed an remotiori in præiudiciũ proximioris.*

3 ¶ Et idem ante eum, licet non alleget, pulchrè voluit Bal. in c. j col. pen. tit. de ali. feud. nempe quia, vt ipse Bal. subdit, Id esset disponere de iure tertij, quod nemo potest, sine consensu illius, l. si cùm Hermes, C. de loca. cum simi. Ideóque si vasallus in remotiorem agnatum, consentiente etiam proximo, fundum alienauerit, tamen illi qui medij sunt, scilicet inter proximiorem illum, qui consensit, & remotiorem, cui facta est alienatio, possunt eam alienationẽ reuocare: vt satis videtur voluisse ipse Bal. vbi suprà & Car. Alex. in c. Titius, col. pen. ver. circa vltimum dubium, tit. si de feud. fuer. contr. inter do. & agna. & Iaco. à Sanc. Geor. in tract. feud. in verbo, & cum pacto de non alienando, col. ix. versicu. sed moueo vobis, & col. seq. versicu. tertia conclusio. & Zasius in epitome feudorum, parte ix. char. 3. versicu. pone si vasallus. Et faciunt quæ diximus suprà illo §. xj. glos. vj. nu. 14. verùm hæc res, & sequen. *De eadẽ re. Agnatus proximior potest reuocare alienationẽ in remotiorẽ factam.*

¶ Sed

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Primogenitus non potest renuntiare tertiogenito. Renuntiatio alteri non nocet.

4 ¶Sed nec primogenitus potest iuri primogenituræ renuntiare in fauorem tertiogeniti, omisso secundogenito, qui medius est, & in præiudicium ipsius: vt item voluisse videtur idem Bal. consi.ccclxxxix.consuetudo est,col.pen.versi.hîc incidit dubium,lib.ij.De quo nos abundè scripsimus in nostro tractatu Primigeniorum,quæst.xxvij. Nam & renuntiatio cuiuspiam, licet sibi noceat,nunquam tamen alteri,l.j.C.de commu.re.ali.& l.si post mortem.ff de bon. possess. contra tab.Barto in l.si quis in conscribendo.col.ij.versi.secundo casu.C.de pactis. Ludo. Bologloquens in casu non huic nostro dissimili,consi.xliij.Ser Iacobus,col.vj.versic.vel secundò dicimus.Et ita in hoc nostro casu expressè voluit Ferro.in consuetu.Burdigal.hoc eodem tit. *de retraict.* §.v.col.ij.versi. quid igitur.

Si consanguineus extraneo cessit, an poterit nihilominus retrahere. Cedens inutiliter nõ cadit iure suo, vide nume. 11. & 12.

5 ¶SED dubitari posset,si proximior id ius retractus alteri extraneo cessit de facto, cùm non posit vetante consuetudine,vtrùm poterit ipse proximior, non obstante huiusmodi cessione retrahere,& ita repellere alium consanguineum,fortè remotioris gradus. Quod videtur nam quod nullum est,nullum potest effectum producere,vt patet ex multis,quæ tibi collegi suprà eodem titu.§.j.in glo.ij,in verbo, *a vendu*, nu.5.sed hîc scire velim,& seq.atque etiam suprà nostratum consuetudinum tit.ij.§.j.in ij.quæst.& in nostris Legibus connubialibus in glo vlt.in xxiij.q.Ex quibus vnum tantùm huic loco accommodatissimum afferam,quod scribit Bart.in l.filium,§.si quis.ff.de lega.præstan.quòd stante statuto,quòd si quis cesserit actionem nobili, cadat iure suo:si quis cesserit,qui cedere non potuit,vel cuius aliàs cessio fuit inutilis: nõ cadet iure suo,quin posit actionem suam intendere.& idem propè voluit Bar.in l.nõ putauit.§.non quæuis.ff.de bon.poss.contra tab.& Ro.in repe.l.si verò.§.de viro.in xxxiij.fal.ff.sol.mat. Firm. in tracta.gabel.in tertia parte octauæ partis prin.quæst.xxxij.versi.item sequitur quòd cedens. & Ias.in l.j.§.j.in v.not.ff.quod quisque iuris.& in l.vlt.col.antepen.versi.xxij.C.de iure emph. & Franc.Rip.in l.iiij.§.condemnatum.col.j.nu.4.ff.de re iudic.

De eadẽ re. Qui cõtra prohibitionem testatoris alienat extra familiã, potest rem reuocare.

6 ¶Et hæc opin.adiuuari potest ex eo quod tradunt Pau.Cast.Ambro.Opiz. & Ferd. Loaz in l. filiusfamiliâs,§.Diui.ille col.ij.alter col.v.hic xxvij.ad finem ij.nota.ff.de lega.ij.quòd si testator prohibuerit alienari rem extra familiam,is qui rem ipsam alienauerit poterit reuocare,nedum alij huius familiæ.l.quemadmodum.C.de agri.& censi.lib.xj.Et facit etiam l.nec nos.C. de capti.& l.cùm miles.ff.de alie.iud.mut.cau.fac.& leges quæ dicunt, creditorem,qui venditioni pignoris consensit,tum demum tantùm remisisse pignus videri,si venditio valeat, eáque effectum sortiatur:vt de primo tex.est in l.si debitor.§.vlt.ff.quib mod.pig.vel hypo.sol.de secundo,in l.sicut.§.si voluntate.& §.si debitor,ff.eo.titu. Et facit quod in simili scribitur in l.sicut.ibi.si autem nuptiæ.ff.de oper.liber.quem ad hoc citat Bal.in Margar.in verbo, cedere.col. ij.versi.cedens ius suum,quòd si cessio actionis non valeat,manet actio cedenti.

De eadem re.

7 ¶Tamen Geral.Bago.in sua disput.retractus,dicit proximiorem,qui cessit id ius extraneo, licet inutiliter,perdere ius retrahendi,id que transire in remotiorem, per l quod meo,§.si furioso,ff de acq.poss.vbi qui rem tradit furioso,possessionem perdit licet in furiosum non transferat.Et facit (inquit) optimè l.si vsusfructus.ff.de iure do.& l.per fundum.ff.de serui.rust.prẽd. vbi quis non potest venire contra cessionem à se factam, licet ea per se non teneat. Cui adde tex.in l.quidam,§.j.ff.de donat.vbi si quis rem donauerit eius,cui successurus est, licet donatio non valeat, tamen ei etiam postea illi succedenti denegandæ sunt in totum actiones hæreditariæ.& tex.in auth.minoris.C.qui dare tuto.vbi si tutor actionis cessionem aduersus minorem suscipiat,nõ valet cessio,ita vt nec ipse,etiam finita tutela.agere posit: nec is quoque qui cessit,cùm in legem commiserit:ea enim sunt verba eius tex.Hîc autem cedens cõmisit etiam in statutum nostrum,quod huiusmodi cessionem improbat.& in l.ij.C.ne lice.poten. & l.vlt. ff.de alien.iud.mut.cau.fact.quæ videntur aduersari d.l.pen.eo.tit.Sed glo.in ea ipsa l. pen. dicit ibi speciale esse fauore militis,tanquam Ius commune sit in contrarium:quamuis glo.in d. l.ij.& Bart.in d.l.pen.aliter hanc antinomiam soluant,vt ibi videre poteris. Et præterea text.in l.ab Anastasio.versi.si quis autem.C.mand.

De eadẽ re. Cõtractus factus cõtra legẽ, tenet, licet sit nullus, quantum ad cõmodum cõtrahentis, non tamen ad cõmodum eorũ.

8 ¶Et facit etiã,quòd iste cõsanguineus cedendo etiã inutiliter,se facit à re cessa alienũ,arg.l cũ dominus.§.vlt.ff.de pecu.leg.vt per illum tex.voluit Bal.cõsil ix.factum tale est,anno domini, col.iij.vers.& si quæratur,lib.j.quod repetitur consi.clxxxviij.lib.iij.Et illud quoque,quòd contractus factus contra legẽ aut statutum,licet sit nullus,quantum ad cõmodum eorum,qui ita contrahunt,valet tamen,quantum ad eorũ incõmodum,vt post antiquiores vltramõtanos tradit Bar.in l.non dubium,col.iij.versi.opp.quòd secundũ.& ibi quoque Fulg.col.x.C.de leg.Et probatur in l.peto.§ fratre.ff.de legat.ij.& in l.pater.§.Iulius.aut vt alij legũt,Iulianus Agrippa,à contrario sensu,& §.seq.ff.de leg.iij.vbi si quis instituerit extraneum in re prohibita alienari extra familiam.res iure fideicõmissi deuenit ad cæteros de familia:& ita hęredes alienantis ea re priuantur,quamuis ea alienatio esset inualida propter prohibitionem testatoris. & ita

cos

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

cos text.expendit Corn.conf.ccxliij.circa primum,col.j.in fi.li.iij. Et facit etiã tex.in c.si religiosus,in princ.de ele.lib.vj.vbi licèt actus factus contra prohibitionem legis nõ teneat,putatur tamen faciens.& ibi id not.Dom.in vlt.not.Sed & facit,quod tradit Bal.in c.j. in prin. col.vlt.in fi.& ibi Car.Alex.col.iiij.verf.quæro,cum d.glo.tit.de prohib.feud.ali. per Fed.& faciũt etiam quæ scripsimus supra eo.tit.§.j.in gl.ix.in verbo,*ou lignagier*, nu.42.sed aduerte. *men ad ipsius incommodum.*

9 ¶ Et huc quoq; spectat,quod à multis traditur,quòd si clericus in minorib° cõstitutus,& beneficiũ obtinẽs,contraxerit matrimoniũ,quod postea cõperta consanguinitate in gradu prohibito,aut alia tatione cõstitit nullũ esse,non potest redire ad suũ beneficiũ à quo,quantùm in se fuit,reddidit se alienũ.Ita enim voluit Bar.Brixi.q.Domi.ix.quidã clericus,Io.And. & alij in c.j.extrà de cleri.coniuga.& in c.Ioan.eo.ti.& in c.j.& ibi Pet.Ancha.eo quoq; ti.li.vj. & idẽ Pet.Anch.conf.xxxiiij.in hac causa,col.iij.verf.nã & alibi.Sed & gl.in d.c.j.postremo loco allegato,in verbo,clericalis,post Barth.Brixi.in d.q.Domi.& qu.ix. incip. quidam impetrauit rescriptum à domino,tractant & illud simile,si quis impetrauit rescriptum ad præbẽdam vacaturam,& antequàm vacaret,contraxit cum virgine, quæ postea mortua est, & mox vacat beneficium, an posit id beneficium petere:& concludunt non esse admittendũ. *Clericus qui inutiliter contraxit matrimonium, nõ redit ad suum beneficium.*

10 ¶ Quódq; à nonnullis scribitur,quòd licèt non valeat resignatio,siue renũtiatio beneficij nõ facta in manibus superioris,quin ecclesia vel superior id posit repetere,c.nõ oportet, vij.q. j.& c.mulier.xxxiij.quæst.v.Ipse tamẽ è diuerso beneficiũ repetere nõ potest:quia licet inutilis sit renuntiatio,tamen obtinet vim pacti taciti,ne repetat,vt de acceptilatione dicitur in l.si vnus,§.pen.ff.de pactis.& l.si acceptilatum,ff. de acceptilat.De quo per gl.Inno. & alios in c.quod in dubiis, extrà de renuntia.& ibi præsertim Panor. qui adducit antiquorũ super hoc sententias,col.iij.verf.in eadem glo.& etiã per gl.& Panor.in c. quod Dei timorẽ, extrà de sta.mona.& glo.in c.deniq;.vij.q.iij.& Bernard.à Bisgueto in suis Rotæ deci.tit. de elect. c.j.vtrùm si aliquis resignauerit.& tit.de renun.c.item j.vtrùm si aliquis resignet,& Albe. in l.quod in initio.ff.de reg.iur.& Pet.Ancha.d.conf.xxxiiij.col.iij. verf. præterea natura. Et id quoque,quod à plurimis traditur,quòd licèt renuntiatio beneficij,simoniacè facta,nulla sit, c.super hoc,de renuntiat.Inno.in c.cùm vniuersorum,de rer.permut.Archid.in c.ordinationes.j.q.j.cum si.valet tamen in præiudicium renuntiantis,glo.in d.c.super hoc,in verbo,pecuniæ.Pan.in d.c.cùm vniuersorum,col.ij.verf.nota ex prædictis, Corse.& Aufre. qui alios citat,in deci.Tholo.quæsti.ccccxxxviij.item fuit quæsitum an collatio. *Renũtiatio inutilis beneficij, impedit repetitionem illius.*

11 ¶ Quæ autem dicta sunt pro priore parte,vt scilicet cedens inutiliter,non cadat iure cesso, procedunt,cùm cesio inutilis est ex alio capite,quam quòd facta est contra prohibitionem, de qua agitur:vt quia forte minor erat,qui cessit actionem competentem ad rem immobilẽ sine decreto,aut quia non interuenit alia quædã solennitas requisita à statuto in huiusmodi cessione:tunc enim haud dubiè non prohibetur,qui ita cessit,vti sua actione, vt ante cesionem potuisset.Quòd si aliunde non sit inutilis, certè cadet sua actione, vi illius statuti, quo cadit actione,qui eam cessit:aliàs id statutum omnino inefficax esset,& superuacuum.Et id quidem est,quod in simili dicit Bal.in c.j.§.aut si liuellario,col.ij.ver.in verbo,aut pignori,ti. quib.mod.feud.amit.Consideret(inquit)quòd hîc non iuris effectus sed animi cogitatio putatur:neque enim alienatio valet,& tamen perdit feudum.Et idem propè dicit ipse Bald. in c.j.col.j.in iij.notab.tit.de ali.feud.Card.Alex.in c.j.col.j.tit.de prohi.feud.ali.per Lotha.& huius rei est optimus text.à nullo(quantùm ego legerim & meminerim)in id expensus in l.j C.de sepul.vio.vbi qui res religioni destinatas emerint vel distraxerint,tametsi iure venditio non subsistat,tamen in læse religionis crimen incidũt.& alius in l.eum qui duas, C.de adul. & in l.quid ergo,§.cùm autem,ff.de his qui not. infami. & ibi glo. Alber. & Bald. qui eum text.dicit ad hoc not.& tandem in fi.trahit ad statutum, quo prohibetur iura cedi magnati. & in l.iij.§.si quis codicillos,ibi,item siue iure valeat,ff.de S.C.Sylla.& in l.amplissimi,C.de excu.tut.vbi glo.alios concord.affert.& quod tradit glo.in l.ij.in glo.j.in fi.& ibi Bal.col.j. in j.oppo.& Pau.Cast.in fi.C.de epi.aud. At si alienatio aliunde esset nulla, quia scilicet facta sine solennitate,non caderet vasallus,vt dicit idem Bald.in d.l.ij.col.ij.verf.ex prædictis, C. de Epi.aud.cum aliis multis concor.à me adductis in d.§.j.glo.ij.nu.6.horum opin. adiuuat, & seq. Et sic nuncupatim hec,quæ videbantur contraria,concordat Cardi.Alex.in c.j.col.j. statim post prin.tit.de prohi.feud.ali.per Fed.Et facit,quod tradit Franc.Are.conf.cxxvj.in causa dominæ,col.v.verf. venio nunc ad secundum. *Cedens inutiliter, an perdat ius suum, an non.*

12 ¶ Nec tamẽ(vt minimè fallaris Lector)omnino indubitatũ est,vt qui nulliter contraxit, etiã ex alio capite,quàm quòd contraxit, non puniatur:sed hæc res patitur quasdam distinctiones,vt videre licèt ex iis, quæ scribit Bart. in l.continuus,§.cùm quis,& ibi Recẽtiores post eũ,ff.de verbo.obliga.& idem Barto.in l.vbi pactum,col.vlt.& ibi alij post eũ, C. de trãsact. *Dec adere.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

& Franc.Aret.conf.xviij.visa & discussa,in primo dubio,& Franc.Cur.iunior in tract.feud. in iij.parte principali,char.44.vers.decimoseptimò,& Hippo.Marsi.in l.j.§.prætereà, num. 14.& multis seq.ff.ad l.Corn.de sica.in l.j.& ij.ff.ne quis eum qui in ius voc.est vi exi.& in l. impuberem,§.j.vers.sed & si.ff.ad leg. Corn. de sal.

13 *Venire an possit quis contra factum proprium, quod de iure non valet.*

¶ Sed hæc res magna ex parte hinc pendet, vtrùm quis venire possit contra suum factum, quòd de iure non tenet.De quo per glo.Bart.& Bald.in l.post mortem, ff.de adoptio.glos.& Doct.in l.j.C.de libe.caus.Quantùm autem ad priora iura allegata à Bago. ea loquuntur de possessione,quæ solo animo perditur,l.iij.§.in amittenda;ff.de acquirēda posses.& plus facti, quàm iuris habet:ideoq; etiā ex inutili contractu & perditur,& transfertur,l.j.§.si vir vxori, ff.eo.tit.At d.l.quidam,§.j.de donat.non admodum vrget:quia in eo casu hæreditas aufertur ei,qui ita donauit,tanquam indigno,vt subiungitur in l.sequen. Quantùm verò ad d.l. cùm dominus,§.vlti.de pecul.legat.vide quid scribat Bart.ibi, & quæ latè tractauimus in nostris Legibus connubialibus,in glo.8.in xj.quæst.cùm disserimus de filio,qui viuente patre debitores paternos liberauit:de quo & nos dicemus infrà in fine huius tit.qu.xxiij. Et vide etiam quæ scripsimus suprà eodem tit.§.j.in verbo,*avendu*,quæ est glo.ij.nume. 9. quanquàm potuisset,& in glo.ix.in verbo,*ou lignagier*,num.30.sed & illud hoc in loco,cum multis seq. vbi tractauimus,vtrùm venditor ipse ad retractum admittatur.

14 *Cedat vtiliter, an nihilo minus poterit agere.*

¶ Cæterùm ad hanc controuersiam,de qua principaliter hîc tractamus,nonnihil pertinet & illa,vtrùm is qui cessit actionem alteri etiam vtiliter,possit nihilò minùs agere,acsi non cessisset.de quo per Iac.Areti.in l.j.§.j.ff.ad Trebel.Bart.in l.facta, §.si hæres, col.j. vers. quæro post factam,& ibi per Paul.Cast.eod.tit.& eundem Bart.in l.si cum emptore,in princ. vers. quæro vtrùm eo ipso.ff.de pact.Bald.in l.j.col.penul.vers.quintò quæro, an post cessionem, C.de acti.& obliga.in l.iij.post prin.& ibi quoque Alb.col.j.& ij.C.de nouatio.& in l.j. col. penult.vers.quæro quid si esset,C.quand.prouoc. non est necess. & cons.clx. præmittendum est,in princip.libr.j.Rapha.Fulgo.Paul.Cast.Alexan.& Ias.in d.l.si cum emptore,ff.de pac. & Pau.Cast.consi.xciij.in causa appellationis,lib.ij.Cæpo.caute. secundùm veterem computationem,ccxlv.tu habes.& Guid.Pap.deci.Delphi.cccxxx.qualiter,vers.sed pone, & cons.cxviij.circa diffinitiuam,in iij.dubio,in fin.& Steph.Bertran.cōs.cxvj.viso,in iiij.dubio, lib.ij.& cons.ccciij.etiam si debitor,in princ.lib.ij.Sed quod ad nostrum casum pertinet, ex consuetudine Aruernorum, titul. *de retract*,cap.xiiij.consanguineus, qui id ius retrahendi cessit extraneo,eo priuatur.Et id quoque de Iure communi videtur esse verius, per ea quæ suprà diximus.

Consuetudo de quæst. princ.

15 *Consanguineus qui alteri consanguineo cessit,qui postea vendit an poterit retrahere.*

¶ Quid verò,si posteaquàm proximior id ius alteri cōsanguineo remotiori cesserit(quod facere potest, vt hic satis declaratur) & is remotior post retractum à se factum eandem alteri vendidit:an ille proximior,qui semel illud ius cesserat,nunc admittatur ad retractum huius secundæ venditionis factæ ab eo,cui cesserat, cognosces ex iis quæ in casu simili scripsimus supra eod.tit.§.j.glo.ix.in verbo,*ou lignagier*,numero 125.sed in duobus,& sequen. & iterum numero 160.sed his maturè relictis,& seq.

16 *Alia quæstio retractus.*

¶ Nec tamen illud omiserim,quòd si consanguineus id ius alteri cōsanguineo cesserit,(quod potest,vt diximus.)si hic cessionarius agat ad retractum aduersus emptorem, vi huiusmodi cessionis,sine mentione consanguinitatis,reus absoluendus est, vt in ea specie interrogatus Signo.respondit consilio lxxxj.in quæstione vertente inter Nigrum,per multa illic allegata, quæ sunt omnibus obuia, ideóque nec repetenda ea ducimus, & quia etiam res per se satis clara est.Et videas etiam,quæ scripsimus infra eod.tit.§.xxxij.in gl.j.numero 97.sed hîc quæri potest,vbi & id cons.Signo. citaui.

17 *An qui donauit omnes suos acquæstus præsentes & futuros,poterit postea retrahere.*

¶ Tandē & illud in mentem venit,quod ex facto contingere vidimus, Quispiam alteri extraneo donauerat omnes suos acquæstus præsentes & futuros,vt quotidie fit:postea verò cōtrahere iure proximitatis? Et certè non potest,nempe cùm hæc res, si retrahatur, cessura sit illi donatario extraneo,& contra hanc consuetudinem, quæ vetat alienationem iuris retrahendi in extraneum:neque enim refert, an nunc cedat id ius retrahendi sibi competens ex venditione:an verò lōgo antè tēpore cesserit,quod postea acquisitum est, cum vtroq; modo res ita retracta,abeat in familiā extraneam,contra rationē consuetudinis retractus, & cùm eadem ratio sit in vtroq;,idem quoque ius statuendum est,l.illud,ff.ad legem Aquili.cum similibus:præsertim cum habeamus consuetudinem expressam suprà §. iiij. consanguineum teneri iurare se retractum facere ad suum commodum, hîc verò ad illius donatarij faceret.Si autem hic donatarius esset etiam consanguineus venditoris, nihil est quod impediret donan

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

donantem retra here, cùm (vt hîc dicitur) ius retractus posit cedi consanguineo.

DV CONVENTIONEL, CONVENTIONALIS, GLO. III.

1 NEMO Quem viderim, si non me fallit memoria, id negauit præter Angel. in d. l. ad officium, in fin. C. Commu. diuid. & nouissimè Caro. Rui. qui post primã nostram editionem impressus est cõsilio lxxij. viso ferè, per totum, libro j. vbi innititur autoritate eorum qui dicunt retractum proximitatis cedi non posse, qui multum distat ab hoc conuentionali, quantum ad hanc rem pertinet. Sed contrarium, & secundum hanc nostram consuetudinem, nuncupatim respondit Pau. Cast. consilio j. videtur dicendum quòd dictus Christophorus, lib. ij. vbi loquitur in casu, qui videbatur magis dubius, de quo dicemus infrà, numero 42. sed his maturè. Et generaliter huiusmodi facultatem cedi posse, consuluit Alexand. consilio ccxxviij. põderatis his quę seriosè, post princ. & per totum, lib. vj. & cons. ccxxxij. consideratis his quæ in themate, post prin. eod. lib. vj. Barb. consilio lj. scripsit sapientiæ fons, col. xviij. vers. capio alium articulum, lib. j. & consilio vj. illud in medium adducam, col. xv. vers. & ex iltis apparet, lib. iiij. Ias. in l. j. §. vlt. colum. iij. vers. item circa istam materiam, ff. de no. oper. nunti. Philip. Dec. cons. clxiiij. non fuisset propositi mei, in fin. & con. ccccxliij. in casu proposito, col. j. & cons. Dcxiiij. in causa feudali, col. ij. vers. circa secundũ, quod cons. maiore ex parte repetitur cons. Dclxxx. Chasse. qui vnum Barb. in priore loco citat, in consuetu. Burgund. tit. *de rentes vendues à rachapt*, §. j. in v. dubio. & iterum consilio xj. *le cas est tel*, col. xiiij. vers. xvij. Hiero. Cagno. in repe. l. ij. col. viij. vers. quæstio nunc prima, C. de pact. inter empto. & vendito. & Ant. Rub. cõs. cxlvj. circa primum, col. j. in fin. & noster Caro. Molend. in consue. Parisi. tit. j. §. xiij. nu. 20. Aymo Crauetta, consi. cxcj. in causa egregij, numer. 2. & ante hos omnes Bald. quem nullus memorat, consi. xxxviij. proponitur quòd quædam domina, col. j. lib. iij.

Retractus conuentionalis cedi potest.

2 ¶ Nec id quidem mirum, quia regulariter omnis actio cedi potest, vt in tit. de hære. vel act. vendi. Vnde rei vendicatio cedi potest, l. vlt. eod. tit. & l. ij. & ibi glo. & Bald. C. de litig. glo. in l. planè, in verbo, debeat. ff. fam. erci. Barb. d. cons. lj. lib. j. & d. col. vj. lib. iiij. Idq; etiam sine possessione, secundùm Dyn. in c. pro possessore, in vij. eadémq; vltim. quæst. de regu iur. lib. vj. Cyn. post Pet. in l. j. in iiij. quæst. C. de ali. iud. mut. cau. fact. Bald. in rub. ff. de rei vendi. in addi. col. vlt. & cons. ix. factum tale est anno domini, col. vlt. li. j. quicquid in vltimo dicat gl. in d. l. vlt. C. de hære. vel act. vend. ibi omnino vide Doct. & plenissimè Ang. in rub. C. de rei vend. & Nico. Mil. in repertorio, vers. cedi potest realis.

Omnis actio cedi potest. Rei vendicatio. Etiam sine possessione.

3 ¶ Secundò etiam vtilis actio cessa cedi potest, l. j. §. de illo, ff. ad Senatus. Treb. & l. ex asse, & ibi not. eod. tit. & l. emptor, & ibi quoque not. C. de hære. vel actio. vend. & per eos tex. voluit Bart. in l. Modestinus, col. vlt. vers. sed quæro quando ille, ff. de solu.

Vtilis actio cessa.

4 ¶ Tertiò, spes, res omnium fallacissima, vt plenè ostendimus in nostris Legibus connubialibus, in glo. j. post vltimam legem connubial. quo loco tractamus, vtrùm sponsa sit in potestate sponsi, vt vxor mariti ex consuetudine, versicul. quibus quidem mouemur. Ea tamen cedi potest, l. spem, C. de don. & l. nec emptio, ff. de contrahen. emptio. & l. pactum, in fin. ff. de pact. Bart. in l. vlt. ff. de admi. tut. Card. Rui. qui id intelligit de spe approbata, cõs. xcviij. visa renuntiatione, col. vj. numero 15. lib. j.

Spes.

5 ¶ Quartò, quod proximiori accedit proximè, debitum conditionale, & in diem, atque etiam actio conditionalis, cedi quoque potest: vt de debito est text. in l. nomina, & l. multùm, ff. de hæredi. vel act. vend. & glo. in d. l. spem, C. de donatio. & de actione conditionali voluit glos. in l. si minoris, in verbo, pronuncantes, & ibi Albe. col. ij. nume. 5. ff. de admi. tuto.

Debitum cõditionale. Et actio cõditionalis.

6 ¶ Quintò, quòd & ex iis procedit, spes futuri fideicommissi conditionalis, vt per multa respondit Rapha. Fulgo. consili. cj. testator in suo, per totum. & Guido Pap. decis. Delph. 232. dicta Ioanna. Quanquàm contra id facit, quòd spes huiusmodi fideicommissi ante impletam conditionem non transmittitur ad hæredes, leg. vnica. §. finautem aliquid sub conditione, C. de cad. tol. cum aliis multis concord. text. & Doct. à me citatis suprà eod. tit. §. j. in gl. ij. in verbo, *a vendu*, numero 24. & quod denique. ex quibus intelliges communem hanc esse opini. etiam in liberis, quamuis gloss. tenuerit contrarium in lege is cui sub conditione, ff. de acti. & obliga. Quæ autem non transmittuntur ad hæredes, nec ceduntur quoque extraneis, vt diximus suprà in gloss. prima huius §. numero 44. tertiò bonorum possessio.

Spes futuri fideicõmissi conditionalis, an cedi possit.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Spes actionis de dote.

7 ¶ Sextò, quod & huc pertinet, licèt mulier constante matrimonio, nõ posit cedere dotem, l. constante, C. de dona. potest tamen eodem constante cedere spem eius actionis de dote, quę illi competitura est ad recuperandam dotem, glo. in d. l. constante, & ibi Bald. & Sal. qui illã gl. dicit sing. & ipse Bald. qui & illam dicit sing. in sua Marga. in verbo, dos, col. iiij. Iason, qui illam dicit solennem, in l. si constante, col. vlt. vers. adde pro ista parte, ff. solu. matrimo. Sicut & soluto quoque matrimonio cedere potest, l. ij. ibi, nec cogitur, ff. solu. matri. & voluit. Bald. in l. j. col. vlt. versc. modò ego quæro, C. de priuileg. dotis. & vide quæ dixi suprà in gl. j. huius §. numero 80. trigesimoprimò ius repetendi.

Hæreditas.

8 ¶ Septimò, hæreditas cedi quoque potest, per totum tit. ff. & C. de hæredi. vel actio. vendi. secundùm tamen distinctionem Bart. (neque enim id omittendum fuit) in l. per diuersas, col. vlt. versiculo vltimò circa hanc l. C. manda.

Condictio furtiua.

9 ¶ Octauò, condictio furtiua, l. cùm quis, §. j. ff. de solu. & l. quod sæpe, §. si res, ff. de contrahend. empt. & l. si vendidero, §. si Titius, ff. de furtis. {Roma. in l. quòd si in diem. in §. Iulianus, ff. de petit. hæred. & ante illum} Bald. d. consilio ix. columna vlti. libr. j. & in d. l. vlt. col. ij. C. de hæred. vel actio. vend. & in repet. l. ij. colum. xxxiiij. versiculo, quò ad quartam quæstionem, ff. de iureiurand. vbi & idem dicit de condictione sine causa, & cæteris cõdictionibus. & id erit pro NONO.

Condictio sine causa.

Aliæ condictiones.

Actio furti.

10 ¶ Decimò actio furti (hæc enim differt à condictione furtiua, vt patet ex l. si pro fure, §. j. ff. de condict. furti) hæc igitur actio furti, cedi quoque potest, vt est tex. in l. eum qui, in princ. ff. de furtis, vbi & id not. Alberi. qui subiungit idem esse & de cæteris actionibus pœnalibus. Et id erit pro VNDECIMO.

Actiones pœnales.

Actiones ex delicto descendentes.

11 ¶ Duodecimò ergo, quia suprà in j. glo. huius §. locuti sumus de actione iniuriarum, certè in vniuersum cæteræ actiones, quæ ex delicto descendunt, cedi possunt, ex sententia Io. And. in addi. Spec. titu. de cessio. actio. §. j. col. pe. in addit. quæ incipit, de actione iniuriarum. Bar. & Bal. in l. quòd si in diem, §. Iulianus, per illum text. ff. de peti. hære. An autem accusatio cedi possit, videbis apud Spe. in d. ti. & vide etiam in illa j. gl. huius §. nu. 81. trigesimosecundò ius accusandi. & Alber. in l. j. col. ij. vers. sed nunquid accusatores. C. ne lice. poten. & in d. l. vlt. C. de hære. vel actio. vendi. {Aegid. Bellem. in c. ex parte, col. 17. post præmissa. de alie. iudic. mut. caus. fact.}

Directa actio legis Aquil.

Actiones eli domino competentes.

12 ¶ Decimotertiò, directa actio légis Aquiliæ cedi item potest, d. l. quod sæpe, §. si res, ff. de cõtrahen. empt. {& l. vnde quæritur, ff. commod. & voluit Roma. in d. §. Iulianus. & ante illum} Bald. d. consil. ix. libr. j. vbi & ex hoc, atque etiam eo quod suprà diximus de condictione furtiua, dicit generaliter actiones, quæ soli domino competunt, cedi posse: & hoc erit pro DECIMOQVARTO.

Restitutio in integrũ.

13 ¶ Decimoquintò, restitutio in integrum, l. quod si minor, in princ. & ibi Alberi. & alij, ff. de minori. & l. si minori, & ibi glo. Alberi. Bart. & alij, ff. de admini. tuto. & l. non idcirco. & ibi Bald. ff. de tutel. & ratio. distra. & glo. in l. ex pluribus, ff. de administ. tuto. & in c. hinc est, in verbo, sigillatim, & ibi Archi. xvj. q. j. Alberi. in d. l. vlt. colum. vlt. C. de hæred. vel actione vẽdita. Bart. in l. non solùm, in princip. ff. de restit. in integ. & Bal. in repe. d. l. ij. vbi suprà, ff. de iureiur. & in l. j. col. iiij. vers. quærunt Doct. C. de priuil. dot. & in sua Marga. in verbo, cedere, col. vlt. vers. cedi potest cõditionalis, vbi dicit sing. gl. in d. l. si minoris, ad hoc, vt cedi possint ea, quæ sperantur futura per restitutionem in integrum. Ioan. Fab. in §. vlt. col. ij. & ibi etiam Ang. Are. Insti. quib. mod. ali. licet, vel non. idem Ang. in §. si quis agens, col. antep. vers. potest etiam dictum. Insti. de actio. Sal. in l. j. col. ij. C. de priuil. dot. Barb. cons. vj. illud in medium, col. xv. vers. & ex istis apparet, lib. iiij. Guid. Pap. in statuto Delphi. in cip. si quis per literas, in glo. j. col. vj. vers. similiter etiam potest, & iterum in verbo, vel quasi, colum. xiij. vers. sed pone fui spoliatus, & sing. Decccclxxij. vers. beneficium restitutionis.

Officium iudicis etiã extraordinarium.

14 ¶ Decimosextò, ex illis iuribus assumunt omnes, vbique officium iudicis, etiã extra ordinarium, cedi posse, ob id quòd restitutio in integrum competit solùm per officium iudicis. Ita enim colligit Bal. in d. l. quòd si minor, de minori. & in repe. d. l. ij. col. xxxv. ff. de iureiur. & in l. ex legato, ad fi. C. de lega. Bart. & propè omnes in l. j. §. vlt. ff. de no. oper. nuntia. & idẽ Bar. in l. Modestinus, col. vlt. ff. de solutio. Angel. & Imo. in l. si. eius pupilli, ff. ad senatusconsul. Trebel. Angel. Aret. in d. §. si quis agens, col. antepen. vers. ex quo nota maximam, ibi, potest etiam dictum beneficium, Instit. de actio. Guid. Pap. sing. Dcvj. vers. officium iudicis.

Et id

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

15 ¶ Et id quidem amplia, vt procedat etiam in officio iudicis, vel actione habente executionē paratam: nam & hæc quoque cedi possunt, per text. not. in l. hæres, & in l. in iudicio, ff. famil. ercis. secundùm Bald. in sua Marga. in d. verbo, cedere, columna iij. vers. cessio potest fieri. Et vide etiam quæ dicam inferius numero 21. vigesimoquartò tenuta, quam vocant, & duobus sequen. Et hoc erit pro DECIMOSEPTIMO. *Actio habens executionem paratam.*

16 ¶ Decimooctauò obligatio naturalis d. l. si eius pupilli, §. quòd si hæres, & ibi glos. in verbo, non alia ratione, & Angel. ff. ad S. C. Treb. & l. quamuis, & ibi Alber. eo. tit. Bar. & omnes in d. l. j. §. vlt. ff. de no. oper. nunt. idem Bart. in l. huiusmodi, la. j. ad fi. ff. de verb. obl. & in d. l. Modestinus, col. vlt. ff. de solu. Alouisius Luscus inter cons. Bal. cōs. ccccxxxvj. quidam creditor, col. ij. vers. quartò, nam per actum verbi. lib. iij. & ipse Bald. in d. sua Marga. in d. verbo, cedere, col. iij. vers. cedi potest. & Ang. in d. l. quòd si in diem, §. Iulianus, ff. de peti. hæred. *Obligatio naturalis.*

17 ¶ Decimononò, interdictum retinendæ possessionis. Alberic. loquens de interdicto vti possidetis, in l. j. col. vlt. vers. vltimò quæro, C. vti possid. Bald. in repet. d. l. ij. col. xxxv. ff. de iureiu. Ioan. Fab. in §. retinendæ, Insti. de interdic. Guid. Pap. in d. statuto, si quis per literas, in d. gl. vel quasi, col. xiij. vers. sed pone fui spoliatus. & ante hos glo. quam neuter citat, in l. ij. §. item Nerua. in verbo, experiaris, ff. ne quid in loco publi. quam not. & secutus est Bald. in subscriptione d. cons. ccccxxxvj. col. iij. versi. quartò præmittendum, lib. iij. vbi ex hoc dicit, quòd facultas retinendæ & continuandæ possessionis cedi potest. & idem Bald. qui eam gloss. dicit sing. in c. licèt causam, col. viij. versicu. item interdicta, extrà de proba. Paul. Cast. & alij Recentiores in d. l. j. §. vlt. ff. de no. ope. nuntia. *Interdictū retinendæ possessionis. Facultas retinendæ & continuādæ possessionis.*

18 ¶ Vigesimò, interdictum recuperandæ possessionis, puta, Vnde vi, d. l. quòd si in diē, §. Iulianus, & ibi gl. Bald. Ang. {& Roma.} ff. de peti. hære. Bald. in l. licèt, tum circa mediū, tum ad fi. per illum text. C. de exceptio. vbi dicit procedere non solùm respectu possessionis, sed etiam damnorum, & eius quod interest. & cons. clxxxvj. quia allegationes, col. iij. li. j. & cons. ccxvj. fuit quidam nobilissimus, col. ij. versic. super eo passu, lib. ij. & consi. cccix. super quo puncto, lib. iij. & in repe. d. l. ij. col. xxxv. ff. de iureiur. vbi & hoc dicit notari in d. l. licèt, C. de exceptio. Barb. cons. lj. scripsit sapientiæ fons, col. xviij. libr. j. vbi dicit illum text. esse ad hoc meliorem totius iuris. Guid. Pap. in dicto statuto Delphi. vbi suprà proximè. & Franc. Ripa. in repet. cap. sæpe, colum. vij. vers. quarto dubitatur, extrà de restit. spolia. vbi ex hoc dicit remedium cap. redintegranda, iij. quæst. j. posse cedi: vt etiam voluit Socin. in repet. l. rem quæ nobis, colum. vj. versic. vltimò potest dubitari, ff. de acquirend. possess. Et id erit pro VIGESIMOPRIMO. *Interdictū recuperandæ. Etiam respectu damnorum & interesse. Remedium c. redintegranda.*

19 ¶ Vigesimosecundò, beneficium l. edicto, C. de edic. Diui Adria. tol. quod etiam est remediū possessorium, cedi quoque potest. Bald. d. cons. clxxxvj. col. iij. {in v. dubio,} lib. j. *Beneficiū l. edicto.*

20 ¶ Vigesimotertiò, generaliter omne possessorium. Bald. in eo. cons. per text. in d. §. Iulianus, & not. in d. l. ij. §. quòd Nerua, ff. ne quid in loco publico. Quod tamen dicit procedere in possessorio facti, non etiam iuris, cuiusmodi est bonorum possessio, quæ nec transmittitur, nec ceditur, l. iij. §. acquirere, ff. de bono. posses. Cuius rei rationem reddit Bal. vbi suprà, quā videre poteris. De bonorum autem possessione diximus suprà in gloss. huius §. numero 47. tertiò bonorum possessio, vbi videre poteris. *Omne possessorium iuris.*

21 ¶ Vigesimoquartò tenuta, quam vocant, & missio in possessionem, l. vlt. §. finautem hi. C. de bon. auto. iudi. possi. vbi Sal. not. & dicit valde singu. & Alex. in addi. Bart. in d. l. j. §. vlt. ff. de no. oper. nuntia. & Barb. d. cons. lj. col. xviij. lib. j. *Tenuta & missio in possessionē.*

22 ¶ Vigesimoquintò, ius sententiæ, l. in iudicio, & ibi Odof. & Floria. ff. famil. ercisc. Bal. in d. l. ex legato, in fin. C. de legatis, vbi ex eo subdit, quòd si cedens habeat ius executionis paratæ, idem & cessionarius & legatarius habebunt. Quod & dicit Flori. in d. l. in iudicio. & Nico. Mil. in suo repertorio. vers. cedi potest actio iudicati. *Ius sententiæ.*

23 ¶ Vigesimosextò, generaliter ius executiuum cedi potest, per text. not. in l. j. C. de cōtra. iudi. tutel. vbi etiam dicitur, quòd in dubio videtur cessum esse, cùm ceditur actio. & ad hoc illū text. annotauit & dixit not. Franc. Are. in l. j. col. penul. ff. si cert. pet. & Calca. qui alia iura satis aliena allegat, cons. xviij. pro parte hospitalis, col. vj. vers. xxviij. Et vide quæ dixi suprà, in hac eadem glo. num. 15. & id quidem ampla. *Ius executiuum.*

24 ¶ Vigesimoseptimò, ius capiendi alterum propria autoritate: vt ius illud, quod habet credi- *Ius capiēdi*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

alterũ propria autoritate. tor capiendi debitorem fugientem:id enim cedi & demandari alteri potest ex sententia gl. in l.j.in verbo,ab his,C.vbi quis decuri.Ange.in l.generali,C.de Decur.li.x.Ro.in l.j.§.vlti. col.ij.vers.& per hoc, ff.de oper.no. nuntia. Franc. Aret.in l.si ita stipuler,per te,in fin. ff.de verb.obli.Alex.cons.cxxxiij.circa executionem,col.j.lib.vj.Et de hoc est optimus text.quem nullus eorum memorat,in l.Imperator,ibi,pecunia accepta manus iniectionem vendiderat ff.qui sine manu.ad liber.perue.& ibi Iac.Are.& Bened.Plumb. eum text.ad hoc nuncupa-

Manũ iniicere. tim not.Est enim Manum iniicere,verbũ antiquum iuris,cùm scilicet nulla expectata iudicis autoritate,nobis ipsis veluti ius dicentes,personam quampiam,aut rem nostrã, vel nobis debitã.præhendimus,vel sistimus:vt & in l.sed & si hac,§.j.ff.de in ius voc.& in l.Titius, in prin.ff.de ser.expor.& in l.j.& iterũ ij.C.si ser.expor.vene. & in l.si quis posthac, in prin.C. de bo.damna.de quo affatim & scienter per Budæum nostrũ in Annota.ff.in l.vlt.de senato. De hoc tamen,an semper id ius cedi possit,vide Lucam Pen.distinguentem in l.coloni.col. viij.in vij.q.C.de agri.& censi.Et quæ diximus suprà hoc eodem §.in glo.j. nume. 62.vigesimò facultas expeliendi,& seq.

25 ¶ Vigesimooctauò,ius legitimæ & Trebellianicæ.l.j.§.inde Neratius,ff.ad Trebel.Bald.cõs.

Ius legitimæ & Trebel. ccccxxxviij.factum,super quo consilium petitur,tale est,videlicet quidam dominus,colum. iij.vers.hoc præmisso,lib.j.quod consi.repetitur cons.cccclxxvij.quidam Alexand. lib.iij. nisi quòd priore loco factum paulò amplius proponitur.& Iason cons.xliij.Ioannes Laurentius, col.penult.vers.primum quòd posito, lib.iij.

26 ¶ Vigesimononò,instantia,siue ius instantiæ,l.in causæ,§.penult.& ibi gl. in verbo,transferri,ff.de procura.Bart.in l.j.in princ.ff.ad Senatusconsul. Trebellia. & in l. si eum hominem,

Instantia. colum.vlt.ff.de fideius.Bald.in d.l.ex legato,ad fi.C.de lega.& in l.per diuersas,in xiiij.q.C. manda.Barba.d.cons.lj.vbi suprà,lib.j.

27 ¶ Trigesimò,ius protestationis faciendæ,l.si res,in ij. respon.ff.de euictio. Bald. in rub.extrà de procurato.colum.j.vers.qui vendidit,& consilio cccxiiij.vtrùm dictus contractus, in iij.

Ius protestationis faciendæ. dubio,lib.v.vbi eum text.ad hoc dicit not.& Franc. Aret.in l.si ita stipuler, per te non fieri, ff. de verbor. obligat.

28 ¶ Trigesimoprimò,priuilegium fisci.l.vlt.& ibi Bart.Bald.& Sal.C.de priuil.fisc. idem Bal. in l.j.post medium,& ibi quoque Sal.col.j.C.de priui.dot.Marti.Laud.in tracta. de fisco, in

Priuilegiũ fisci. cxcv.priuilegio.& Franc.Lu.in lxxij.priuilegio fisci.Barb.d.cons.lj.lib.j.& d.cons.vj.col. xv. versi.& ex istis apparet,lib.iiij.& Ias.in l.si constante, col.vlt. vers. quartò facit, ff. fol. mat. Matthæ.Afflic.in consti.Siciliæ inci.beneficium, in fin.

29 ¶ Trigesimosecundò,quolibet priuilegium transmissibile ad hæredes, cedi potest. Ange. in d.l.si eius,in princ.ff.ad Senatuscon.Trebel.Nam & aliàs quicquid est transmissibile, idem

Quodlibet priuilegiũ transmissibile. quoque est cessibile.Bart.in l.si mulier,§.ex asse,ad si.ff.de iur.dot.& Paul.Castr. cons. j. videtur dicendum quod dictus Christophorus, col.j.lib.j.Sed tu super hoc vide omnino quæ scripsimus suprà in j.glo.huius §.nume.48.sed non ediuerso.& quæ scribemus infrà tit.sequ. §.j.glos.vj.in verbo,*ou ses heritiers*, num.12.at is confestim.ex quibus cognosces, an id verum sit. Et hoc erit pro TRIGESIMOTERTIO.

30 ¶ Trigesimoquarto,ius quod habet conductor vel colonus,siue sit partiarius,siue is nummis

Colonarium. colat.l.solutum,§.vnde si domum,ff.de pign.act.Bald.in c.contingit,colum.antepen.versic. quero simplex colonus,extrà de dolo & contuma.vbi & ad id allegat l.viam, C.de locat.vbi id ius transit ad hæredes.Ex hoc q; dicit idem Bald.quòd creditor potest mitti in possessionem colonariæ facultatis.

31 ¶ Trigesimoquinto,ciuilis possessio, quam quis habet ex clausula constituti, siue ex statuto

Ciuilis possessio ex cõstituto. continuante possessionem defuncti in hæredem,etiam in alium transferri potest:vt respondit ex facto Alouisius Lusius inter cons.Bald.consi.ccccxxxvj.quidam creditor,col.j.versicu. & sic cùm creditor,& col.ij.versic.sed nunc est videndum, lib.iij. De quibus & tu vide quæ diximus in tractat.Constituti possessorij in 2.parte,ampliat.22.& in tractatu, *le mort saisist le viz*,{in ij.declaratione j. partis.}

32 ¶ Trigesimosexto,nomen debitoris cedi potest,l.j.ibi,nominis venditio,& l.iij.C. de nouat.

Nomẽ creditoris. & l.ij.C.de donat.& l.nomina,ff.de hæred.vel act.vendit.& l.nominis.C.eod.titu.Ideoque & pignorari potest,l.nomen,C.quæ res pigno.oblig.possint.& in causam iudicati accipi,l.à Diuo Pio,§.in venditione,ff.de re iudic.

Trigesi

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

33 ¶ Trigesimoseptimò, ius eligendi, quod competit ex contractu, l. si sic, §. vlt. & ibi Iaco. Aret. Bart. Bald. & alij, ff. de leg. j. & l. si stipulatus fuerim, & l. vlt. §. j. ff. de verbo. oblig. Bald. consi. xciij. in quodam contractu, in j. dubio, lib. j. vbi etiam post ipsum Iacob. dicit ius arbitrij, videlicet si quis aliquid mihi promisit facere arbitrio meo, & ius denuntiandi aliquod impedimentum, posse item cedi, imò & in singularem successorem simpliciter transire. Et hæc erunt pro trigesimooctauo, & trigesimonono. Sed tamen super illo iure eligendi, vide quæ diximus suprà in gloss. j. huius §, nu. 76. vigesimoquartò facultas.

Ius eligēdi ex contractu.

Ius arbitrij.

Ius denuntiandi impedimentū.

34 ¶ Quadragesimò, ius quæsitum alicui ad certam rem contemplatione alicuius artis: verbi gratia, ius quod intraturæ vulgò Itali appellant, in aliquam apothecam, potest cedi alteri eiusdem artis, vt pulchrè respondit Pau. Cast. consil. ccxliij. super primo dubio, lib. j. argu. l. nemo est qui nesciat, & ibi not. ff. de duob. reis.

Ius ob artē quæsitum.

35 ¶ Quadragesimoprimò, ius retinendi rem pro expensis, cedi etiam potest, & in singularem successorem transit. Bar. in l. in fundo, per illum tex. ff. de rei vendi. & Fran. Are. in d. l. vlti. in princ. col. vlt. ad fin. ff. de verbo. obligat.

Ius retinendi pro expensis.

36 ¶ Quadragesimosecundò, operæ famuli eo inuito alteri cedi possunt, vt voluit Bar. in l. si nō sortem, §. libertus, & ibi Ang. Raph. Fulg. Pau. Cast. & Alex. col. iij. ff. de condi. inde. Bal in l. liberti, col. vl. C. de ope. libe. Paul. Cast. in l. ij. in prin. ff. salut. mat. & satis prebat tex. in l. operæ in rerū, in fi. ff. de ope. liber. Sed super hoc vide omnino Alex. in d. §. libertus. & quod diximus suprà in gl. j. huius §. nu. 51. septimò, vbi de operis officialibus locuti sumus.

Operæ famuli.

37 ¶ Quadragesimotertiò, ius pignoris, quod quis habet in libero homine, vt in casu l. nam & Seruius, ff. de nego. gest. & not. Docto. ibi, & in casu l. ij. C. de capti. cum si. etiam cedi alteri potest. Ita expressim voluit Franc. Ripa in l. obligatione, col. vj. numero 18. præmissa faciunt, ff. de pign. dummodo (inquit) id fiat sine detrimento obligati, per l. generaliter, §. vltimo, ff. de statulibe.

Ius pignoris in libero homine.

38 ¶ Quadragesimoquartò, ciuiles actiones, quæ etiam tendunt ad vindictam, cedi possunt, vt tradit Bald. in l. per diuersas, col. vlt. versi. xvj. quæro. C. man. quia (inquit) saltem post litem contestatam, transmissionem recipiunt, vt not. in l. j. C. de hære. vel act. vend. Quæ autem transmissibilia sunt, eadem sunt cessibilia, l. ex pluribus, ff. de admi. tut. De qua ratione diximus suprà in glo. j. huius §. num. 47. tertiò bonorum, & seq.

Ciuiles actiones ad vindictam tendentes.

39 ¶ Quadragesimoquintò, actiones quoq; criminales, per l. quòd si in diem, §. Iulianus, & ibi glo. in verbo, victus, ff. de peti. hære. & l. eum qui, in ij. respon. ff. de furtis. quod intelligit Alber. post Vber. Bob. in l. vlt. col. ij. versi. quid de actione criminali, C. de hæred. vel act. vendi. dummodò huiusmodi actiones tales sint, quę imponant pœnam relegatione maiorem: tunc enim non sunt in bonis nostris, nec possunt per alium exerceri, l. pen. §. ad crimen, ff. de publi. iudi. & not. in l. seruum quoq;, §. ij. ff. de procur. Si verò minorem, & cedi possunt, & per alium exerceri, l. absentem, ff. de pœnis, & l. vlt. C. an per alium cau. appel. agi. pos.

Actiones criminales.

40 ¶ Quadragesimosextò, ius quod quis habet potentia, licet non actu, cedi potest: licet secus sit, si non habet nec potentia, nec actu, vt pulchrè not. & declarat Panor. in c. cura pastoralis, in fi. extrà de iure patro. Nam electores (inquit) non habent dignitatem Episcopalē, tamen eam transferunt in electum.

Ius potētia competens, licet non actu.

41 ¶ Quadragesimoseptimò, seruitium serui alteri cedi potest: vt est tex. expressus in l. vxori fructu, §. Scorpium, qui est vlti. ff. de vsufruct. leg. dum interpretatur ea verbo cuiuspiam testatoris, Seruum meum Semproniæ seruire volo.

Seruitium.

42 ¶ Sed his maturè relictis, redeundo ad casum nostræ consuetudinis, quæ dicit retractum conuentionalem cedi posse, illud in dubium vocatur, si emptor dat huiusmodi facultatem retrahendi venditori, ob id, vt in instrumento asseritur, quòd conuenientius est, vt ipse & filij ipsius recuperent rem venditam, quàm alij, cùm ea ipsius ab antiquo fuerit, vtrum in eo casu poterit venditor vendere hanc facultatem alteri. Dubium facit, quòd id pactum factū est contemplatione ipsius venditoris, & filiorum ipsius tantùm: ideò ad extraneos transire non debet, arg. l. pater, ff. de seruit. leg. & l. iurisgentium, §. pactorum, ff. de pactis, & l. tale pactum, ff. sol. matr. Tamen contrarium, cùm id ex facto incidisset, respondit Paul. Castr. consi. j. videtur dicendum quòd dictus Christophorus, lib. ij. per multa quæ ibi allegat, quæ sunt omnibus obuia, ne hic reperam.

An retractus conuēctionalis in hoc casu cedi possit.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

43 ¶ Quid autem, si expressum sit in pacto reuenditionis, vt venditor possit per se redimere, & non alij id ius cedere. Dic, id pactum esse seruandum, nec cessioni locum fore: nam contractus ex conuentione legem accipiunt, l.j. §. si conueniatur, ff. deposi. cum si. Et cùm liberũ fuerit emptori eam facultatem redimendi non concedere, omnino potuit eandem concedendo limitare, l. videamus, §. iurare, & l. in actionibus, §. j. ff. de in litem iuran. Et ita nuncupatim voluit Hiero. Cagno. in repet. l. ij. col. viij. versic. limita, nisi pactum, C. de pactis inter empt. & vend. Cui adde quod voluit Guid. Pap. consi. clxxxj. ex facti narratione, in j. dubio, quòd si in venditione dictum sit, ne venditor possit id ius redimendi ei concessum, alteri vẽdere, quin ipse emptor alteri præferatur: valet huiusmodi pactum, ex eoq; adstringitur venditor præferre emptorem alteri: & si aliter fiat, impeditur alienatio, & ita dicit fuisse iudicatum in curia Parlamenti Delphi. Tu autem illum vide deci. Delphi. clxix. pactum. Illud autem interest inter hunc casum Guid. & illum Cagno. quòd in hoc tenetur emptor tantum pretium dare, quantum venditor ab alio reperit de huiusmodi facultate, secundùm ea quæ diximus suprà eo. tit. §. j. gloss. xviij. in verbo, *le pris que la chose aura cousté*, nu. 1. & multis seq. In priore autem nihil debet dare emptor, sed tantùm tenetur reuendere venditori, aut eius hæredibus, non etiam aliis, quibus id ius cessum est. Quid autem, si dictum sit, vt venditor solus, vel tantùm possit redimere: an tunc poterit id ius alteri cedere, videbis infrà tit. seq. §. j. gloss. vj. in verbo, *ou ses heritiers*, nu. 11. quòd si quis dicat, & seq.

An valeat pactum, ne liceat vendi tori ius retrahendi alteri cedere.
An & valeat, nec liceat id ius cedere, & emptor præferatur.
An tũc impediatur alienatio.
An tũc emptor teneatur restituere pretium.

¶ Illud deniq; monitum velim cessionarium, vt cùm emptorem conueniet, huius oblationis conuentionalis faciendæ causa, ei ostendat instrumentum cessionis: neq; enim aliter tenetur emptor eum admittere: nec sufficeret oblatio & interpellatio siue requisitio facta: vt in simili dicit Bartõ. in l. i. in princ. in xj. q. & iterum in l. non solùm, §. morte, col. vij. in materia protestationis prohibitoriæ, ff. de ope. no. nun. & in l. grege, §. j. col. ij. versic. aduerte quòd si denuntiatio, ff. de pigno. & Soc. aut quisquis est alius in tract. fal. regũla lxxix. in j. fal. cum aliis concord. à me adductis suprà §. j. in verbo, *dedans l'an*, quæ est glo. x. in xviij. q. vbi etiã videbis, an id legere vel legendum præbere debeat, & eius exemplum relinquere vel offerre. Et hæc omnia notabis: quia si interim tempus laberetur his non obseruatis, quæ obseruari debent, hic cessionarius perpetuò excluderetur.

44 *An cessionarius teneatur ostẽdere instrumentũ cessionis.*

¶ NEC tamen interim illud omiserim. Hîc dicitur, quòd hæc facultas redimendi ex pacto competens, alteri cedi potest. At infrà tit. seq. §. j. cauetur venditorem qui sibi in contractu huiusmodi facultatem retinuit, præferri consanguineis. Quid igitur, si hic venditor eã facultatem alteri extraneo donauit: an hic donatarius etiam consanguineis præferetur? Quod videtur, cùm is sit loco venditoris, qui donauit, eodemq; iure vti possit, ac ipse donans, l. inuitus, §. plerunq;, ff. de reg. iur. cum aliis multis si. à me adductis suprà eo. tit. §. j. in glo. ix. in verbo, *ou lignager*, num. 129. his tamen. Verùm audio contrarium à sanctissimo nostro Senatu Parisi. fuisse iudicatum: & id quidem sanctissimè & optimo iure, quia si aliter diceremus, esset semper in facultate contrahentium fraudare consanguineos iure retractus, id scilicet pactum retrahendi apponendo in cõtractu, & posteà alteri amico emptoris id ius donando. Ideoq; & facillimè nostra consuetudo retractus illudi posset, contra l. vlt. §. vbi autem, C. de bonis quæ libe. & c. commissa. de elec. lib. vj. cum si. Nec verisimile est statuentes id intellexisse. Imò verò si interrogati fuissent, id quod diximus, statuturos fuisse, ideò & pro statuto habendum esse, ex sententia glo. in l. tale pactum, §. vlt. ff. de pactis, cum concord. à me omnium latissimè congestis, in repe. l. si vnquam, in præfat. nu. 56. inter tam multa, C. de reuocan. dona.

45 *An is cui vẽditor donauit facultatẽ retrahẽdi præferatur consanguineis.*
A restum.

¶ Quòd si venditor eam facultatem non donet alteri, sed vendat: tunc consanguineus tenetur aut rem venditam restituto sibi pretio ab hoc tertio cessionario eidem reuendere, aut pretium illius facultatis ei restituere, vtpote quod sit pars pretij principalis venditionis, vti erat eadem facultas, ob quam res ipsa minoris & æstimata est, & vendita, vt latè dicemus infrà tit. seq. in præfat. nu. 18. quartum, & multis seq. Et apud Niuernenses hoc tit. §. xij. statuitur emptionem huiusmodi facultatis factam sine fraude ante citationem retractus, computari in pretio. Et hæc omnino procedere censeo, cùm ea facultas nocet consanguineis, vt nostris morib. nocet, si data fuerit die venditionis, aut sequenti: quo casu venditor præfertur cõsanguineo, vt scribitur infrà tit. seq. §. j. & cõsequenter etiam cessionarius, nisi ei restituatur pretium eiusdem facultatis. Quòd si ex longo alio interuallo fuerit data facultas, ita vt non obsit consanguineo, quin præferatur, vt latè dicemus eo. tit. seq. §. j. in glo. vij. in verbo, *seront preferez*, num. 18. ex hac autem, & multis seq. nihil video, cur teneatur consanguineus id pretium restituere. Porrò illud planum est, fraudem facilius presumi ex contractu gratuito siue lucratiuo, quàm oneroso, vt videre licet ex toto tit. ff. quæ in fraud. credi. & tit. si quid in fraudem patro.

46 *Quid, si vẽditor eã facultatem vendidit. Cõsuetudi.*

§. XXVII.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

§. *XXVII.*

SI L'ACHEPTEVR dedans l'an de l'achapt vend ou eschange par autre contract, trãsporte ladicte chose qu'il a eu par contract de vente, ou qui le sonne: ce non obstant le lignagier du vendeur peult venir au retraict dedans ledict an & iour de la premiere vente. Et peult offrir ledict retraict à celuy qui tient la chose, s'il sait qu'il est. Et si non, il peult offrir au premier achepteur dedans l'an & iour. Lequel achepteur est tenu declairer audict retrayant, à qui ledict achepteur a transporté ladicte chose, comme dessus est dict. Et lors ledict retrayãt doit d'abondant aller prestement deuers celuy, que ledict achepteur aura nommé, & luy offrir ledict retraict.

SI EMPTOR intra annũ rem sibi ex contractu emptionis aut alio æquipollente quæsitam vendat, permutet, aut aliter transferat: nihilominus consanguineus admittetur ad retractũ intra annum & diem primæ venditionis, poteritq; oblationem ei denuntiare qui possidet, siquidem rescierit quis is sit. Sin minus, primo emptori intra annum & diem. Qui quidem emptor tenebitur ipsi consanguineo declarare, cuinam rem ipsam cesserit, vti suprà dictum est. Tũncque demum consanguineus eum adibit, quem emptor nominarit, eiq; retractum offeret.

§. *XXVIII.*

ET SI c'estoit si pres de la fin de l'an & iour, que bonnement il ne le peust faire dedans ledict an & iour, soit en retraict conuentionel, ou par proximité de lignage, partant ne doit laisser à luy offrir ledict retraict prestement, & le plustost qu'il pourra, mesmement quand il a offert au premier achepteur dedans ledict an & iour. Car attendu qu'il ignoroit que autre eust la chose, & qu'il a fait ses diligences au premier achepteur, duquel estoit presumption qu'il la tint, ledict tẽps du retraict ne doit courir contre luy.

QVOD si sub ipsum anni & diei spatium id contigerit, seriúsque omnino quàm vt intra id tempus id exequi possit, siue in retractu conuentionali, siue gentilitio, nihil vetat quin ei continuò & cùm primùm fieri poterit, retractũ offerat, præsertim cùm intra præscriptum anni & diei tempus eum iam obtulerit. Cùm enim ignoraret ad alterum rem peruenisse, feceritq; quod potuit erga primum emptorem, quem verisimile erat rem etiamnum apud se habere, tempus ei currere non debet.

SVPER his duobus §§. vide omnino quæ scripsimus suprà §. xij. qui is est affinis, estq; eadem vtrorumq; materia. Quantùm autem ad id, quod dicitur, non currere tempus venditori ignoranti rem alteri fuisse venditã à primo emptore, vide etiam quæ dicam infrà eod. tit. §. xxxv. super verbo, *ignorans*.

§. XXIX.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

§. XXIX.

E LIGNAGIER, qui est receu à retraict, doit payer le sort ou pris que la chose a cousté, & en oultre les ventes & honneurs,[a] & les finances & admortissemẽs, si l'achepteur les auoit payées,[b] & les coustz des lettres[c], façon d'homage, le deuoir dudict homage, les coustz de fief baillé par escript, & autres semblables[d] dependens dudict contract de vendition. Et l'achepteur luy doit accorder & passer lettre[e] de la reception: & luy doit faire les cessions & trãsports du droit qu'il y auoit.

ONSANGVINEVS ad retractum admissus tenetur refundere sortem siue pretiũ quo res distracta est, & præterea laudimia,[a] financias, & admortissamenta (quæ vocant) si emptor ea exoluerit,[b] item impensas instrumentorum[c] & præstationis homagij, (quod item appellant) & quod ob id domino debetur, atq; etiã impensas catalogi rerum feudalium in scriptis domino traditi, aliasq; eius generis[d] appendices contractus venditionis: debetq; emptor ipsi consanguineo instrumentum admissi cõtractus consentire,[e] eiq; cedere ius quod in re habebat.

LES VENTES ET HONNEVRS.
LAVDIMIA, GLOS. I.

Vtrum laudimia debeantur ex venditione retracta à consanguineo.

1 POtuisset tamen videri, cùm venditio à consanguineo retrahitur, laudimia domino non deberi ex ea vẽditione retracta, per not. in l. vlt. §. sed quia nostra, C. com. de lega. Verùm Bal. ibi, col. j. vers. quẗrit hic, tradit quòd si contractus rescinditur tanquã inualidus, ex eo non debẽtur laudimia, aut aliæ gabellæ, quia potestas euictionis tollit intellectũ acquisitionis, l. postulante, ff. ad Treb. Sed si fit quædam translatio, vt in ca. constitutus, extrà de in inte. resti. quod quidem loquitur de nostro retractu, tunc debent solui, per not. à Guli. Cu. in l. ab emptione, ff. de pactis. Et ita illũ sequitur Barb. in l. si id quod aurum, col. pen. ff. de verb. oblig. Quanquam contrarium ex facto consuluit Steph. Bert. consi. ccxj. punctus quæstionis, col. ij. versi. præterea pro dicto, lib. iiij.

De eadẽ re.

2 ¶ Sed priorem Bal. opi. confirmat, quòd non obscurè voluit Bar. in d. l. vlt. §. sinautem, quòd cùm res subiectæ restitutioni sub conditione, possint interim ante conditionem alienari, secundum Dy. Pet. Cy. & omnes ibi, & gl. in l. cùm pater, §. libertis, ff. de leg. ij. & in §. quamobrem, in auth. de rest. fideicom. cum aliis concor. traditis à Cor. consil. ccxxxiiij. videtur in præsenti, ad fi. lib. iij. & iterum consi. ccxciiij. videtur prima facie, col. iiij. vers. nam videmus, eo. lib. iiij. Certè si alienetur, quamuis postea aduenienté conditione reuocetur alienatio, tamen debetur gabella, quæ à statuto solui iubetur ex alienatione. & illum sequitur Pau. Cast. ibi, & etiam Ias. qui id optimè declarat in ea ipsa l. §. sed quia nostra, col. vlt. & Cor. d. consi. ccxciiij. vbi supra li. iij. Sed & tu de hoc nostro casu expressim vide Alb. distinguentem, sed admodum obscurè in eo ipso §. sed quia nostra, & in j. parte statutorum, q. xcv. quid si statuto cauetur, & quæ latè dicemus infra tit. procedẗe, qui est *de retraict conuentionel*, §. vj. in verbo, *les loyaux coustemens*, nu. 3. sed quid de laudimiis, & multis seq. Et quod super hac re disponit consuetudo Melodunensis, c. xxxviij. & duobus seq. & iterum c. xlviij. & quæ etiam dicemus in seq. versi. & in gl. seq. nu. 1. & 2.

Cõsuetudo.

3 ¶ Et hæc quidẽ quantũ ad laudimia prioris venditionis, quæ retracta est à cõsanguineo. Sed quid de ipso retractu siue redemptione: an ex ea debeat consanguineus laudimia. Et cõsuetudo quidẽ Melodunensis, d. c. xlviij. statuit deberi in his rebus, quę sunt in censu, non in his, quæ sunt in feudo. Consuetudo autẽ Meldensis, ca. lxxxvij. statuit nullo modo deberi ex retractu. Similiterq; Caluimontensis in Basigniaco, c. xxxv. Victriacensis, ca. l. Ambianensis, c. xcvj. Carnutẽsis, c. xvij. & iterũ lxxix. Aurelianensis, c. cclxxxij. vbi cõmentarij nihil dicũt. Borbonienſis, c. cccccxlv. Blesensis, c. cxvij. & Dunẽsis, c. lxxxiij. Niuernẽsis hoc ti. *de retraict*, c. xxvj.

An autem debeantur ex ipsõ retractu.

Consuetudines.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

c.xxvj.Montargiēses,& cæteri Lorriēses hoc tit.§.vij. Valesiēses hoc quoq; tit.§.vlt.qui est omniū,xcj.Et ego quoq; id procedere cēseo de Iure cōmuni, per id quod voluit Bal. in l.cū dotē,versi.modò extrà quæro,C.de iure dot.quòd ex vno cōtractu in aliū transfuso non debetur nisi vna gabella,ex statuto disponente, quòd ex quolibet contractu debeatur gabella, per multa illic allegata,& sequitur Firmi.in tract.gabel.in v.parte prin.q.v.vers.de cōtractu verò.Nam valet argumentū de re ad personam,& è cōtrario,l.qui furere,& ibi Bal. & Alb. ff.de statu hom.& l.si quis inquilinos,§.si ita legatum,ff.de leg.j.& l.si quis filio exheredato, ante finem,versi.ergo,ff.de iniusto testa.& glo.& Doc.in l.cum quid,ff. si cer.pet.cum simi.

Argu. de re ad personam & è contrario.

4 ¶ Et quia etiā hic retractus fit ex necessitate primi contractus,& inuito emptore:ideò ex eo nō debentur laudimia,Guli.Cu.Bar.Bal.Ful.& Pa.Cast.in l.& ideò,ff.de cōdi.fur.idē Guli.& Alb.in l.ex hoc,§.j.ff.de ali.iud.mut.cau.fac.Masue.in tit.de empti. & vendi.versi.item in casu,& Ias.in l.vlt.col.xij.in vij.& ix.q.C.de iure emph.Corse.& Aufre.in additio.ipsius, deci.Tholo.lxxv.item fuit quæsitū,si ex diuisione,& Alb.Bru.consi.xliiij.in casu isto,col.vlt. versi.secūdò quia.Et id nuncupatim in nostro casu voluit Ar.Ferro.in consue.Burd.hoc tit. *de retraict*,§.ij. Et faciunt,quæ diximus suprà,§.j.in verbo,*ou equipollent à vente*, quæ est glo. xiiij.nu.8.secundò intellige,& tribus seq. Quanquàm scio Boer. fuisse in cōtraria sententia, vt scilicet debeantur laudimia ex retractu cōsanguineorū,in consue.Bitur.hoc eo.tit. *de retraict*,§.v.col.j.vbi in id allegat Alb.in j. parte statutorum. d.q. xcv. Sed is admodum fallitur:quandoquidē ipse Alb.loquitur de priori venditione,vt diximus in præcedenti versi.

Ex alienatione necessaria non debentur laudimia.

5 ¶ Sed quæstionis est,si cùm consanguineus esset intra tempus retractus,proindeq; posset rē iure proximitatis retrahere,tamen is emptorq; ita contractum inierunt,vt non tanquā consanguineo,sed veluti extraneo emptor rem vendiderit,vtrùm ex hac venditione debeantur laudimia, & an consanguinei ipsius emptoris poterunt venire ad retractum huius venditionis. Certum est autem, quòd si post tempus retractus huiusmodi venditio facta fuisset consanguineo,etiam tanquā consanguineo,& iure proximitatis: tamen consanguinei ipsius emptoris, qui reuendiderunt huic consanguineo, admitterentur ad retractum, vt diximus suprà eo.tit.§.j.in glo.x.in verbo,*dedans l'an*, nu.30.ex quibus potes.

Quid, si emptor vēdit cōsanguineo, vt extraneo, & non iure proximitatis.

6 ¶ Hic autem quærimus è diuerso, cùm venditio fit cōsanguineo,non tamen tanquam cōsanguineo,sed vt cuilibet alteri.Et sanè si hæc vēditio facta fuerit diuerso pretio,aut maiore,aut minore aut aliis conditionib.pactis,& cōuētionibus,nihil est quod dubitandū sit,hāc nouā esse omnino vēditionē,per id quod in simili voluit gl.not.in c.hā qui,in fine,& ibi Dom.col. vlt.vers.not.istam gl.de præben.li.vj.Bal.in l.Titius,quæ est pen.per eū tex. ff.de ex cu.tuto. & in l.si qui ex consensu,col.iij.versi.secūda species,C.de Episco.audi. vbi eā glo.dicit sing. & in repe.l.Æmilius,tum col.v.versi.quid de syndicatu,tum col.vlt.in fi.ij. conclusionis,ff. de minoribus & in l.testamenta,col.j.versi.& adde, C. de testa. & in l.non dubium,col.iiij. versi.intellige quando. C. de legi.vbi eam gl.dicit elegantē,& in l. si à te,post prin.C.de pactis inter emptorem & venditorem,& in l.si constante,circa mediū.C.de don.ante nupt.& in c.j.§.insuper,in fine, tit. de prohibita feud.alie. per Feder.& consil.cccxxxvj.quæritur si factum sit,col.ij.versi.præterea hoc confirmatur, li.j.vbi eam gl.dicit elegantem. Panor. in c.p.& g.col.v.ver.sed aduerte,extrà de officio deleg.vbi eā gl.dicit not.Corn.consi.xcij.placet mihi,col.ij.versi.ex quo itaq;, lib.ij.vbi illam gl.dicit sing.& consil. ccxxxv.de pluribus quæritur,col.iij.vers.vltimò quando de aliqua,eo.lib.ij.Fel.in c.de causis,col.ij.versi.secūdò limita, & ibi Phil.Dec,col.iiij.versi. secundò prædicta conclusio, extrà de offi. deleg.Iason, qui & illam dicit sing.in l.lecta,col.v.versi.circa istud moneo, & ibi quoq; Phil.Dec.col.iij. versic.sextò not.ff.si cert.peta.Nam & aliàs quando aliquid additur vel detrahitur,censetur esse nouus actus,l.Ius ciuile,& ibi Guli.Cu. & Bar.ff.de iustit.& iur.cum multis concord.à me adductis suprà §.j.huius tit.glo.xviij.in verbo,*le pris que la chose aura coustē*,nu.54. contrà quoq; videtur,& seq.Et in specie huius nostræ quæstio.Carol.Molen.in consue.Paris.tit.j.§. xxiij.in xij.q.dicit hoc casu locum esse laudimiis & retractui.

De eadēre.

7 ¶ Quòd si hæc secunda venditio sit facta eodē pretio, iisdemq; pactionib. & conditionibus, tunc posset videri hanc non nouam esse & spontaneam venditionē,sed potius veram retractus agnitionē:quia cùm necesse esset emptori dimittere consanguineo venditoris,non censetur liberaliter vendidisse,l.rē legatam,ff.de adi.leg.sed potius ex necessitate retractus,siue metu ne aliter cōpelleretur,sciens se posse cōpelli,l.nouissimè,ff.quod falsi.tut.auto.cū aliis nu.62.idēq; si in ius.Contrariū tamē decidit Moléd.vbi suprà quantùm ad laudimia,vt sciineo redimere, per quedā ibi ab eo allegata.Sed quantū ad retractū proximitatis,de quo hic quærimus nihil aliud dicit:tamē ex illis scriptis poteris intelligere, quid & hic dicēdum sit.

De eadēre.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

SI L'ACHEPTEVR LES AVOYT PAYEES, SI EMPTOR EA EXOLVERIT, GLOS. II.

An dominus possit cogere emptorem post cessionem factam consanguineo, vt soluat laudimia.

1 QVID igitur, si nondum soluit? an poterit illum dominus cogere, vt soluat post cessionem factam consanguineo? an verò dominus ipse debet ipsum consanguineum in ius vocare? Et sanè Pet. Cy. & Alb. in l. vltim. §. sed quia nostra, C. com. de leg. & idem Alb. in j. parte statutorum, q. xcv. quid si statuto caueatur quòd alienans, dubitant an ex contractu venditionis alicuius fundi, qui vi huius consuetudinis à propinquo redimitur, debeantur iura, quæ ex statuto debent solui dominis ob venditionem. Et post aliqua in vtranq; partem allegata ita hoc definiunt, interesse an dicat cõsuetudo, quòd si res censualis vendatur, tale quid soluatur domino: tunc enim etiamsi res à consanguineo retrahatur, domino id debet solui, quod statutum præcipit: cùm sufficiat conditionem, id est venditionem semel extitisse, l. si quis, C. de instit. & substit. An verò dicat, quòd tenens dominium rei alienatæ, id domino soluat: tunc enim quia fingitur retro non fuisse primi emptoris, is non tenetur, per d. §. sed quia nostra, & arg. l. in diẽ, §. vlt. ff. de aqua plu. arcen. & l. lex vectigali, ff. de pigno.

De eadẽ re.

2 ¶ Ego verò censeo semper laudimia deberi ex venditione, licet consanguineus retrahat, vt diximus in glo. præcedenti nu. 1. & 2. sed emptorem qui ex necessitate huius consuetudinis cessit consanguineo, non cogendum ea soluere, sed tantùm consanguineum fundi dominũ & possessorem cogendum fore: nec enim emptor ipse debet pati damnum ex ista venditione necessaria, quamq; inuitus facit cogente consuetudine, l. j. C. de insti. & substi. & l. cùm à matribus, C. qui petant tuto. & l. si dictũ, §. si compromisero, in ratione sui, ff. de euictio. & l. qui autem, §. apud Labeonem, ff. quæ in fraudem credi. & c. vlt. & ibi gl. in verbo, inuita, v. dist. & quod scribit Bart. in sua disput. incip. Pisanæ ciuitatis, col. j. versic. tertiò hoc probat, vbi & alia iura allegat. Sed illi manifestum atq; euidens præiudiciũ pararetur, si cogeretur fundo carere, dum statuto paret, & nihilo minus ipsius laudimia soluere, sicuti in simili dicitur in l. j. in prin. ff. ad Senatusc. Trebel. æquissimum esse in fideicommissariis hæreditatibus, si qua de his bonis iudicia penderent, ex his eos subire, in quos ius fructusq; transferretur, potius quàm cuiquam periculosam esse fidem suã. Ideoq; ibi statuitur, omnes actiones, quæ in hæredes competebant, in fideicommissarios, quibus hæreditas restituta est, transferri. Et aliàs cùm fit cuiuspiam rei translatio de vna persona ad aliam, id fit cum omnibus eiusdem oneribus, l. legatum sub conditione, in prin. ff. de adi. lega. & l. legatum, ff. de condi. & demon. & l. Caio, in prin. ff. de ali. & ciba. lega. & ibi concor. in gloss.

De eadẽ re.

3 ¶ Nec satisfacit, si quis dicat, quòd eadem laudimia poterit emptor à consanguineo, qui retraxit, repetere: quia satius multò non soluere, quàm solutum ab alio repetere, l. si cùm legetur, §. si Titio, & ibi Fr. Aret. in iij. not. ff. de leg. j. & l. si debitor, in fi. ff. de libe. lega. & l. si stipulatus esses, ff. de fideius. vbi ita scribitur, Interest eius pecuniam retinere, potiùs quàm solutam repetere. & l. postulante, in princ. ff. ad Senatusc. Trebel. ibi, pecuniam retinere maluit, quàm petere. Et est apertissima ratio, quia fortè consanguineus non erit soluendo, aut etiam erit litigiosus, & à quo vix & non nisi cum maximo certamine & detrimento ius suũ emptor obtinebit, aut aliàs erit conuentu difficilis: de quo in l. ij. ff. qui satisda. cog. Hincq; dici solet, minus esse habere actionem, quàm rem, l. minus est, ff. de reg. iur. Ex quibus, vt dicit Aret. vbi suprà, oritur æquitas eius, quod not. in l. si pro ea, cum sua materia, C. mãda, & in l. Lucius, ff. eod. tit. quibus fideiussor, qui diu stetit in obligatione, potest petere, vt liberetur: ne scilicet cogatur soluere, quod à reo principali posteà repeteret.

De eadẽ re.

4 ¶ Præterea ex natura prioris contractus, & conditione in illo tacitè intellecta à cõsuetudine, ius retractus ad consanguineum pertinet. Et ideò si is retrahat, censetur ille primus contractus ipso iure resolutus, quantùm ad ipsum priorem emptorem spectat, quemadmodum cùm contractus resoluitur ex lege in ipso contractu apposita, secundùm not. à gloss. & Docto. in l. ab emptione, ff. de pact. & dicemus tit. seq. §. j. in gl. vij. quæ est in verbo, *seront prefere*z, nu. 4. quod ita tamen demum, & seq. & ita quidẽ, vt hoc casu resolutionis ita factæ nulla debeantur laudimia, etiam ex priori contractu, si credimus Alber. & Paul. Castr. in d. l. ab emptione. De cuius tamen veritate dicemus infrà d. tit. sequ. §. vj. in verbo, *les loyaux consemens*, nu. 3. sed quid de laudimiis, & multis seq.

De eadẽ re.

5 ¶ Sed multò magis in isto casu non debentur laudimia ab ipso primo emptore, quantùm ad ipsum pertinet: præsertim cùm ob retractum fingitur ipse retro nõ acquisiuisse, vt voluit Alberi. in d. q. xcv. primæ partis statutorũ, arg. d. l. in diem, §. vlt. ff. de aqua plu. arcen. & d. l. lex vectigali, ff. de pign. Debet igitur ea domin° petere à cõsanguineo, in quẽ cõtractus transfusus est, ac translatus, vt loquitur Bal. in hoc eodẽ casu, in d. l. vlt. §. sed quia nostra, col. j. C.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

commu.de lega.quíque fundum habet huic rei obnoxium.Et facit,quod in simili tradit Pau. Cast.consi.lxxiiij.in causa mota per dominam Dorotheam,col.iij.versi.concluditur ergo, lib. ij.Et nonnihil quoque facit tex.in l.etiam.versi.& benignum,ff.de Ædil.edict.

6 ¶Illud tamen verum est, quòd si prior emptor non declarauit suum contractum, nec exhibuit instrumentum eiusdem intra tempora in hæc præstituta à nostra consuetudine suprà tit. ij.qui est, *de ventes & honneurs*,§.iij.qui est omnium huius vol.cõsuetudinum xvj.& seq quæ quidem tempora transacta sunt ante cessionem consanguineo factam : certè ipse emptor tenebitur domino ad emendas,quas vocamus,id est mulctas,in id à cõsuetudine eo in loco statutas:neque enim ab illis liberatur emptor propter cessionem postea factam:nec æquum est, vt propinquus,qui nihil in hoc peccauit,eas pendat:sed ibi pœnam esse,vbi & noxia est.l.sancimus.C.de pœnis. cum simil. *Sed an saltem teneatur ob id, q̃ domino non declarauit, nec exhibuit cõtractum.*

7 ¶Sed & illud quoque verum est,quòd si emptor sponte alteri vendiderit, haud dubiè tamẽ à domino cogi potest, vt soluat laudimia suæ emptionis:vt qui sit obligatus pro eo contractu à se facto atque inito:nec per alienationem hanc spontaneã à se postea factam potuit se hac obligatione eximere & liberare inuito domino,cui quæsita est ex eo contractu,vt de tributis & vectigalibus tradit Pau.Cast.in l.imperatores.ff.de public.& vectig.vbi id dicit ita colligi ex eo tex.atque etiam ex tex.in auth.sed periculum.C.sine censu vel reliq.Et de decimis etiam voluerunt Io.And.& Pan.in c.cùm homines.extrà de deci.& Panor.in c.pastoralis col.ij.versicu. sed quæro.eo.titu.& Feder.Senen.ipsius Ioan.And.discipulus consi.lxxxj.laicus de prædio. Et generaliter id not.in l.ij.C.de pact.& ibi præsertim Sal.in prima oppositione,ver.primo casu. *Quid aũt, si sp̃onte vendiderit. Tributis, vectigalibus, decimis præteritis,non liberatur,quirem vẽdit.*

8 ¶Nec quod plus est, videtur posse dominus laudimia petere è secundo emptore ex superioribus venditionibus,sed ex ea tantùm venditione,quæ ei facta est.Nam actio,quæ competit domino feudali aut emphyteutico ad laudimia.personalis est,nec sequitur fundum,aut tertium ipsius possessorem,vt constanter tenuit Pet.Iaco.in titu.de actio.in rem pro re emphyt.col.v. versi.sed contra alium.& iterum col.xix.versi.item fructus.quem refert & sequitur Guid.Pap. consil.xlvj.in facto præsupponitur.col.vlt.versi.& videtur quòd nullo.atque iterum consilio cxxvj.de anno Domini,in iij.dubio.& consil.clxxvij.consilium, col.vj.versic.idem etiam videmus.Quanquàm scio hîc aliter in hoc vltimo obseruari.Sed quantùm ad illud primum,nihil est quod dubitandum sit.

9 ¶Quid autem, si dominus feudi emit,aut iure feudi ab alio emptore retraxit : an consanguineus ab eo retrahens (quod vtique potest,vt scribitur suprà §.xxj.) teneatur ei soluere laudimia.Quod non videtur,cùm sibi ipse nõ deberet laudimia,sed sunt per huiusmodi emptionẽ aut retractum à se factum confusa,vti in simili dicitur in l.si communi.& ibi not.ff.de seruitu. rustico.prædio.Nam & aliàs quod semel extinctum est & confusum,amplius non reuiuiscit.l. inter stipulantem,§.sacram.ff.de verb.oblig.& ibi concord.Et in hanc sententiam facit, quod & in alio simili dicemus de clerico, qui non soluit vectigal, vt à consanguineo repetere non posit,infrà in glo.huius §.iiij.nu.3. *An si dominus emit aut retraxit ab alio emptore,cõsanguineus ab eo retrahẽs teneatur soluere laudimia. De eadẽ re.*

10 ¶Verùm ego aliter censeo,quia actio, aut debitum tum demum perpetuò confusum est, & extinctum,cùm acquisitio,ex qua confusio siue extinctio facta est,perpetua est,& irreuocabilis.At si ea reuocetur, actio siue debitum restituitur, & in pristinum statum reuocatur, modò dolus absit,l.propter.§.neptis.& ibi Bart.Bal.Ange.& cæteri,ff.de Senatuscon.Sylla. & l.eum qui,§.vlt.ff.de inoffic.testa.& l.cùm bonis.§.j.ff.de acq.hæred.& l.hæredem.& ibi Barto.ff.de his quib.vt indig.Et idem de pignoribus.seruitutibus, vsufructu, & aliis id genus latè diximus,& probauimus suprà eo.tit.§.j.in glo.vij.in verbo, *ou autres choses censées pour immeubles*, nume.68.pro ea autem,& duobus seq.& iterum infrà tit.seq.§.ij.nume.10. tertiò acquisitio,& multis seq.rursumque nu.42.igitur licet.& seq.

LES COVSTZ DES LETTRES, IMPENSAS INSTRVMENTORVM, GLO. III.

1 NAM & similiter debitor tenetur creditori refundere impensas instrumentorum debiti,vt not.Bald.& Salic.in l.vlti.C.de condi.ex leg.& idem Bal.in l.non ignorat,col.ij.versic.modò ego quæro.& ibi quoque ipse Salic.col.item ij.versic. quæro an impensa.C.de fruct.& lit.expen.& dicemus infrà titu.sequen.§.vj. glos.ij. numero penult.dubium. Et in hoc casu voluit expressim Chass.hoc eodem titu.§.j.in verbo, *les frais raisonnables*, col.ij.versicu.item quæro. & sequen.quanquam in contrarium adduxisset Alber.in l.dissolutæ.C.de condi.ex leg.vbi dicit impensas instrumentorum pertinere ad cre- *Consanguineus debet restituere impẽsas instrumentorum.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ditorem, non ad debitorem, argumen.l.eos.§. interdicta. & ibi glos.C. de vsur. Sed id nihil obest nostræ sententiæ, imò verò eam adiuuat. nam cùm consanguineus subeat ius ac locum emptoris, qui veluti creditor est, consequens est, vt & ipse subeat onus impensarum instrumentorum, quæ ad emptorem pertinent. Similis autem in hac re consuetudo est apud Melodunenses, c.xlj. & Burdigalenses hoc tit.c.eius titu.xviij.& totius volu.xxxj.vbi & Ferronus id quoque iuris esse dicit.

Consuetudines.

2 ¶Id que intellige, vt non solùm sumptus ipsorum instrumentorum refundi debeant, consanguineo retrahente, sed & alij impensi ab emptore, quò instrumenta à notariis recuperaret, per id quod dicit Bal.in d.l.vlt.C.de cond.ex leg.quòd is qui tenetur restituere instrumentũ debitori soluenti, debet habere expensas factas ad recuperandum ipsum instrumentum. & Sal.ibi, cum distinctione, quæ huc nihil pertinet, sed tamẽ intelligit de sumptibus necessariis. Sequitur item Philip.Dec.in c.cùm dilecta.col.v.in xij.eodémque vlt.not.de confir.vti.vel inuti.

Et impensas alias factas ad recuperationem eorũ.

ET AVTRES SEMBLABLES.
ALIA'SQVE EIVS GENERIS, GLO. IIII.

1 RVTA si fortè ex statuto debeat solui aliquod tributum, aut gabella quam vocãt, pro quolibet contractu. Cùm enim hoc dependeat ex contractu, non est dubium, quin id restitui debeat, si solutum fuerit ab emptore. nam indemnis emptor abire debet, cùm res redimitur, per tex. expressè loquentem de eo quod datum est vectigalis nomine, in l.debet.ff.de ædil.edict.& id satis sentiũt omnes, quos statim citabo in seq. q.& dicemus latius in retractu conuentionali, infrà titu.seq.§.vj.glo.ij.nu.1.& 2.nam & id, & omnes propè seq. quæstiones ad retractum quoque conuentionalem pertinent.

Cõsanguineus debet restituere gabellã ab emptore solutam ex contractu.

2 ¶Sed in hoc versatur quæstio, quid si id non fuit solutum, ob id, quia emptor erat clericus aut aliter priuilegiatus, ne teneretur ad huiusmodi tributa, aut vectigalia, siue etiam laudimia: tamen ea vult repetere à consanguineo retrahente, tanquam si ipse soluisset. Super quo Cyn. & Alber.in l.neque, C.de hæred.instit.in hac ipsa specie expressim dicunt, primùm videri, clericum id iure poscere, arg.illius tex. Subdunt tamen esse arg.contrà in l.cùm autem.§.vlt.ff.de Aedil.edict. Ideóque (inquiunt) in hac quæstione potest brochardicari pro & contrà. Ita enim loquuntur, vocantes, vt cæteri nostrates, brochardica, quæ perplexa rectè vocare possumus, nec aliud vterque de hac re dicit.

Quid, si emptor nõ soluit, & esset priuilegiatus.
Brochardica.
Perplexa.

3 ¶At Bal.ibi asseueranter tenet contra clericum, quia sua (ait) non interest: id autem peti nõ potest, nisi tanquam interesse, per l.vlt.secũdùm ij.lectu.C.de fructib.& lit.expen. Et idem tenet ipse Bal.in tractu Protomixeos, col.iiij.versic.sed pone quòd res fuit: vbi & ita dicit se consuluisse. Et Alberi.in prima parte statutorum, q.xciiij.quid si vendita est res.& Fabia.in tracta.de emp.& vend.in viij.quæst.princip.col.ij.versi.quintus effectus.& Ioan.Igne.qui illos nõ memorat in repet.l.dudum, char.pen.versi.ad extensionem.C.de contrahen.emp.vbi & in hac re multa allegat, quæ ibi videre poteris.& Hiero.Cagno.in repet.l.ij.in xxv.quæst.versi. secundò pro ista parte.C.de pact.inter emp.& vend.& nouissimè Ferro.in consuet.Burdig.hoc titu.de retractu.§.xx.& Carol.Molend.in consuet.Parisien.titu.j.§.xv.nu.5.vbi aliud dicit, quòd iste consanguineus non immunis est, quin teneatur soluere huiusmodi laudimia domino, licet non ipsi clerico aut alteri priuilegiato.& id certè verum est.

De eadem re.

Vtrũ autẽ consanguineus redimẽs à priuilegiato possit se aduersus dominum tueri.

4 ¶At quæstionis est, si ipse clericus, aut alius priuilegiatus ne soluat gabellam ex contractu, tamen eam soluit: an repetet à consanguineo retrahente, an verò ab eo cui soluit, an denique à neutro: ex iis intelliges quæ scribit gl.in §.tripli.in verbo, in libello.& ibi Doct.Instit. de act. & Bal.in d.l.vlt.col.iij.versi.sed quid si iste priuilegiatus.& iterum versi.modò venio ad secundam.C.de fruct.& lit.expen. Quanquàm nihil est, cur non repetat, cùm ipse retrahens teneretur soluere domino, vt diximus in fine præced. versi.

Et si priuilegiatus qui emit soluit, an & à quo poterit repetere.

5 ¶Quid autem, si dominus donauit, aut remisit laudimia emptori, an nihilò minus debebit consanguineus retrahens ipsi emptori restituere? Videtur quòd non, per ea quæ in simili diximus suprà nu.2.& 3.& quod prætereà in alio non admodum absimili casu à multis traditur, eum qui obtinuit in causa, non posse petere expensas patrocinij gratis præstiti ab aduocato. Ita enim non obscurè videtur voluisse Bart.in l.vlt.ad fi.C.de fruct.& lit.expen.& apertissimè voluit Bal.ibi, in fi.& rursum in tracta.Protomixeos, in col.vlt.versi.prætereà in iure. vbi allegat ipsum Bart.in l.stipulatus es opus.ff.de fideiuss.vbi de hac re nihil dicit, sed de alia non multùm dissimili, an videlicet aduocatus, qui sibi ipsi patrocinatus est, & vicit, possit suum ipsius salarium petere.

Si dominus emptori donauit laudimia, an consanguineus retrahẽs teneatur ea reddere.

¶Sed

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca